




1. Burzmanni s. J. C. / d. f.
de Lucta pœnitentium 1736.
2. Raß / P. f. d. f. de Lucta
pœnitentium 1738
3. Burzmanni s. J. C. / d. f.
de conformatione cum Munde
vita uada. 1738
4. Heller s. M. / d. f. de cruce
J. N. R. I. 1696.
5. Bentzeri s. B. / d. f. de
corpo morti in cruce
extensis. 1738.

- 6 diff de verbo, Schule.
- 7 Schubert f. ffleur. f. 3 yndegtr
1738
- 8 Meyer f. J. K. f. 2 yndegtr
- 9 Reinken f. 10k. 39 q. 4. 12 1735.
nachswart, Gust. 1738. Berlin br. fat alle
- 10 Hoffmann, f. m. meditaciones
theologicae 1738
- 11 grif lese grusjamb auf.
1718
- 12 Dröllinger C. f. von Col
dr. göttl. sit. f. 18



DE CONFIRMATIONE
CVM MVNDO VITANDA, ET
TRANSFORMATIONE ADMITENDA AD PROBATIO
NEM SPIRITUalem
EX ROM. XII. 2.

QVAM
ANNVENTE DIVINO SPIRITU,
ET
SVMMV VENERABILI THEOLOGOR. ORDINE CONSENTIENTE,

PRÆSIDE

DOM. IOANNE CHRISTIANO
BVRGMANNO,

PHIL. ET THEOL. DOCT. HVIVSQVE PROF.
P. O. FACULTATIS THEOLOG. H. DECANO

ET AD ÆDEM SP. S. PASTORE,
IN ILLVSTRIS ACADEMIÆ VARNIACÆ

AUDITORIO MAXIMO
ANNO MDCCXXXVIII. d. 28 Martii,

horis confvetis

ad publicum examen defert

AVTOR & RESPONDENS,

M. THOMAS CHRISTOPH. LVGER,

Güstrovio-Megapolitanus.

ROSTOCHII,

Typis IOH. IACOBI ADLERİ, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



DISPUTATIONIS THEOLOGICÆ, Sectio I. EXEGETICA.

ROM. XII, v. 2.

Καὶ μὴ σὺν χημαρῇσθε τῷ αἰωνὶ τότῳ, ἀλλὰ μεταμορφώσθε τῇ ανακαίνασι τῷ νοος ὑμῶν· εἰς τὸ δοκιμαζέντος, τὸ τοῦ Θεοῦ τὸ θεῖον τὸ αγαθὸν καὶ εὐδεστὸν καὶ τελεῖον.

Versio SYRIACA.

Et ne assimilemini huic saeculo, sed transformamini per renovationem mentium vestiarum, & distinguite, quæ sit voluntas DEI bona & accepta ac perfecta.

Versio LUTHERI.

Und stellet euch nicht dieser Welt gleich, sondern verändert euch durch Verneirung eures Sinnes, auf daß ihr prüfen möget, welches da sey der gute, der wohlgefällige, und der vollkommene Gottes Wille.

Versio BEZÆ.

Et ne vos configurate saeculo isti, sed transformate vos per renovationem mentis vestrae, ad hoc ut probetis, quæ sit voluntas DEI bona illa, placens ac perfecta.

A.

Versio

Versio ERASMI.

Et ne accommodetis vos ad figuram sacerdotum hujus,
sed transformemini per renovationem mentis vestrae, ut
probetis vos, quæ sit voluntas DEI , quod bonum est,
acceptum & perfectum.

Versio SEBAST. SCHMIDII.

Et ne conformamini mundo huic, sed transforma-
mini renovatione mentis vestrae, ut probetis vos , quæ-
nam voluntas DEI , quod bonum est, acceptum & per-
fectum.

§. I.

Connexio
generalis.

INeo PAVLVS est, epistola ad Romanos Evangelium Roma-
nis tradens & exponens, ut doceat *primo*, id esse virtu-
tem divinam justificantem & salvantem credentes Ju-
daeos pariter atque gentiles, hoc est, omnes homines,
quos lex sive non scripta, sive scripta, & per eam pro-
pria conscientia reatu culpe & penæ obstrictos teneat , sine
omni legis sive naturalis sive Mosaicæ influxu, ita tamen, ut
consignificet & demonstret, non omnem legis divinæ rationem
superhabendam jam esse, ut potius justificati per gratiam solam,
legi divinæ vitam exacte conformem instituere, carnis opera
devitare , & secundum spiritum in novitate vitae, justitiam fi-
dei per iustitiam B. O. propalam declarantes ambulare debe-
ant. Qna quidem demonstratione recitata, *dein* certitudinem
salutis ad finem vitae usque persequitur, que, cum memoratæ
Evangelii virtuti fide ad�icatae innitatur, id efficiat , ut de ab-
solute quodam electionis & reprobationis decreto cogitandi
locus non sit , tantum abest , ut exemplum Judæorum obvi-
um hanc imaginationem falsam gentilibus excitare possit, quip-
pe qui non rejecti sint à gratia CHRISTI adeo , ut illius nul-
lo prorsus modo iterum participes fieri queant , ut potius in-
verso plane modo Judei ad CRISTUM redire, dummodo
vocationi gratiose obsequantur, possint, & vicissim gentiles
perdi , si superbierint , & ad voluntatem divinam , ad fidem
& vitæ

& vitae sanctitatem ordinatam non attenderint. Igitur nunc Romanos sedulo *hortatur*, qui ex gentilissimo ad CHRISTUM conversi, & gratia justificante & salvante donati erant, ut hac de causa omnino vite sancta ad finem in fide viva studeant, & secundum spiritum ambulent; quem in finem regulas sanctae vitae prolixè suppeditat, ordiens in capite 12mo nostro, & ulterius pergens, donec convenienti epilogo c. 16. epistolam sane pulcherrimam, & materie praestantia ac dignitate maxime gravem claudat. Ex quo adparet, dictum, quod exetiendum mihi sumsi, ad postremam epistolæ sectionem pertinere, practicam videlicet, quæ de regenitorum & justificatorum præcipit officio.

§. 2. Poscent Theologi Exegetæ, ut in textus sacri interpretatione singularum circumstantiarum habeatur ratio. *Dispositio textus.*
Quorum vestigia signaturus, & subsecutur simul tractationis ordinem insinuatorius easdem, quoad expresse propositæ sunt, in limine recensuisse juvabit. Commendatur scilicet hic renovationis studium, & quidem

I, negative, dum mundo huic conformari prohibemur,

ubi α) objectum: τῷ αἰώνι τέλε.

β) actus: μη συσχηματίζεσθε.

II, positive, dum transformari jubemur,

ubi α) actus: ἀλλα μεταμορφώσθε

β) modus, per renovationem mentis

γ. subjectum: τῷ νοος υμῶν.

δ. actus: εν ανακαίνωσει.

γ) finis, probatio voluntatis divinae

η. objectum reale: τῷ θελήμα τῷ Θεος &c.

δ. actus: εἰς τὸ δοκιμαζεῖν.

§. 3. Priusquam singula hæc seorsim persequar, specialis coherentia textus nostri cum antecedentibus judicanda erit, *Connexio specialis.* ad quam particula copulativa καὶ nos ducit. Cœperat Apo-

stolus

stolus præcedenti versu tradere regulas sancte vivendi genera-
les, exigens cultum pium & sincerum DEO præstandum per
oblationem sui ipsius tanquam spiritualis victimæ loco pecui-
narum in V. T. cultu Levitico olim præscriptarum & offeren-
darum. Hanc velut thesin substratam jam ulterius persequi-
tur amplificando & illustrando, ita ut doceat non posse hunc
DEO cultum præstari, nisi, qui fistant seipso, s. synecdochice
corpora sua sacrificium DEO, simul saeculi hujus mores aver-
sentur, illisque non configurentur, sed in aliam formam con-
figutentur mentis renovationi studentes. Ita COCCEIUS (a)
b. HVNNIVS (b), S. R. D. D. ENGELCKEN, Patronus at-
que Præceptor meus singulari honoris ac obsequii cultu ob-
tanta ejus in me merita æternum prosequendus (c), plures.
Sunt, qui paulo aliter versum nostrum cum præcedenti con-
nectunt. Arbitrantur, PAVLVM præcepta vivendi, quæ ad
morum emendationem, & gratiæ rectum usum conducunt,
gradatim commemorare, ita ut ab iis, quæ ad corpus spectant,
v. 1. incipiatur, & postea demum ad cultum animi progrediatur.
Sic STEPHANVS DE-BRAIS (d) ad comma I, c. 12. scribit:
*primum officii nostri momentum positum est in pietate, quæ circa
DEI cultum versatur, tum internum s. privatum, singulorum fide-
lium, tum externum & publicum totius ecclesiæ; privatus partim
corpore, partim animo exercetur. Et corporeus quidem ille vetus
in victimarum oblatione per sacerdotes Levitas occupatus abrogatus
est cum lege Mosaica per Christi gratiam & Evangelium. non tamen
putandum est, DEVUM à nobis nullo corporis ministerio coli velle--.
Pro corporibus alienis pecorum nostra ipsorum corpora DEO con-
secrare debemus. Quibus ad v. 1, adiutoriatis ad v. 2, hæc habet.*

Sed

(a) Opp. tom. 4. Commentar. in ep. ad Rom. p. 191.

(b) thes. apostol. Comment. in ep. ad Rom. p. 103.

(c) in der heiligen Sabbaths-Lust parapbr. ep. Dom. I. p. Epiph. p. 35.

(d) analysi parapbraſt. ep. Pauli ad Rom. Franc. & Lips. 1707. pag. 151. sq.

Sed tamen animi præcipua ratio habenda est in pietate circa **DEI** cultum &c. Ingeniosa hæc sunt, fateor, nec prosus improbanda. Cum autem præcipua ratio, ut ipse fatetur DE-BRAIS, habenda sit animi, & ab hujus immutatione corporis rectus usus pendeat, de illa quam hac prius acturum fuisse credo A-postolum, si ordine convenienti & naturali pergere voluisset. Quapropter iis, qui comma hoc secundum, ut explicationem primi spectant, me potius adjungo.

§. 4. Ad rem ipsam venio, & primo quid sibi velit το μη συχνοῦται ζεῦ τῷ αἰώνι τῷ δισπiciam. Vox *αἰώνιος* à Lexicographis derivatur ab *αἰ-ειναι*, quasi dicas (e) juxta ARISTOTELEM *αἰεῖ* (poëtrice *αἰεν*) *αἰ*, semper existens (f). Respondet hoc nomen Hebræorum **עולם**, & Latinorum **sæculo**, nec mino-ribus, quam ista sunt, obnoxium est æqvocationibus, de qui-bus videri possunt JO DAMASCENUS (g), MATTHIAS FLACIUS (h), JO. CASPARUS SVICERUS (i), EDUARD. LEIGH (k). Proprie significat durationem, eamque diversi ge-neris. Mox infinitam à parte ante & à parte post, seu initii atque finis expertem, quæ est æternitas absoluta. Quo sensu DEO tribuitur πρόθετος τον αἰώναν, propositum sapientiae divinæ in CHRISTO ab æterno factum Eph. 3, v. 11, idemque nosse dicitur omnia opera sua ἀπ' αἰώνος Aet. 15, v. 18. Mox signi-ficat durationem finitam à parte ante, & infinitam a parte post, quam æviternitatem seu æternitatem respective vel secundum quid tales adpellant. Hoc respectu de peccatore in SPIRI-TUM dicitur, quod εκ εχει αφεσιν εἰς τον αἰώνα, αλλ' ενοχος

*Etymologia
et homony-
mia vocis
αἰώνιος*

A 3

εστιν

(e) de *Caro L. I. c. IX.*(f) vid. HENR. STEPHANI *Theſaurus græca linguae v. αἰώνιος p. m. 257. sq.*(g) de *orthodoxa fide L. II. c. 1. p. 69. sqq. ed. Marp. 1692.*(h) *Clavis script. s. P. I. v. sæculum, p. 1128. sq.*(i) *theſ. Ecclef. T. I. v. αἰών p. 140. sqq.*(k) *Critic. s. N. T. v. αἰών p. 25. sqq.*

ΕΣΤΙΝ ΑΙΩΝΙΣ ΗΓΟΥΜΕΝΩΣ Marc. 3, v. 29 & de CHRISTO, quod sit sacerdos *eis τοις αἰωναῖς* Hebr. 5, v. 6. Mox adhibetur de duratiōne finita à parte ante & à parte post, quæ tempus appellatur, ita tamen, ut diuturnitatem haud raro connotet. Hanc PETRUS innuit, quando DEUM esse locutum ait, per Prophetas *απόστολος* Acto. 3, v. 21, nec non PAULUS, verba faciens de demonstratione gratiæ divinæ superabundantis in CHRISTO *εν τοις αἰώνισ τοις επερχομένοις* Ephes. 2, v. 7. Ulterius usurpatur metonymice de rebus, quæ durant, seu in æone existunt, sed non uno in sensu. Non nunquam designatur hac voce mundus quoad substantiam, quando v. c. συντελεῖσ τοις αἰώνοις τοτε commenmoratur Marc. 13, 40, aut DEUS creasse dicitur τοις αἰώναῖς Hebr. 1, 2. c. 12, 3. Non ignoro, hunc significatum repudiari à Cl. OEDERO; sed eis satisfecit celeb. JO. CHRISTOPH. WOLFIUS (1). Alia vice illa statum praesentis vitæ denotat, cui convenire PAULUS negat abconditam DEI sapientiam, tanquam *σοφίαν τοις αἰώνοις τοτε*, *δι τῶν αρχοῦντων τοις αἰώνοις τοτε* 1. Cor. 2, 6. conf. Luc. 20, 34. Cognata est significatio, qua res terrenas exprimit, & ad curas τοις αἰώνοις τοτε Matth. 13, 22. Marc. 4, 19. refertur. Denique αἰών accipitur pro mundo non materialiter, sed formaliter, ut FLACIUS inquit (m) pro gestu hujus mundi, pro corruptione hujus mundi, pro perversis hujus mundi moribus, scilicet in concreto, scilicet in abstracto. Quando enim 2. Cor. 4, 4. diabolus *ο δειος τοις αἰώνοις τοτε* vocatur, nonne per αἰώνα indicantur, quibus diabolus, quoniam se totos ipsi subjiciunt, velut DEVS imperet. Sed *σκόλος τοις αἰώνοις τοτε* nil aliud, quam profligatam vivendi rationem innuere potest Eph. 6, 12. Hinc ESTIUS scribit: *seculum ἐς mundus pro genere humano, maxime qua parte sibi relictum est, ἐς terrena sapit, multum u-*
fitata

(1) *Cur. philol. & Crit. in X poster. Pauli epistol. p. 745 sqq.*
(m) *I. c. p. 1129.*

sitata sunt in scriptura N. T. præsentim addito pronomine demonstrativo, hoc scilicet. (n) Facile eidem subscribo, nisi quod, pronomine demonstrativo τῷ αἰωνὶ adjecto non ad homines tantum corruptos respici credam, verum ad ipsam etiam quam maxime corruptionem, quatenus iis inest, pravisque institutis & moribus exprimitur. Hoc vocat Apostolus περιπατεῖν κατὰ τὸν αἰώνα τῷ κοσμῷ ἡγέτη Eph. 2, 2. & αγετπαῖς τὸν νῦν αἰώνα 2. Tim. 4, 10. Ad illi his possent aliæ hujus vocis, quæ à nonnullis venditantur, in N. T. adceptiones, qua vel angelos, vel V. aut N. T. vel generatim certas cœconomias & periodos indicare censetur. Sed quoniam instituto meo non solum non inserviunt, sed & plurimis adhuc expositæ sunt difficultatibus, eas data opera prætereo.

S. 5. Quodsi haec tenus recensita in præsentem rem conferamus, sua sponte intelligitur, αἰώνος notionē h. l. ad ea, quæ malū quid (moralī sensu) ut talia involvunt, respici, quoniam dehortatio hac propositione comprehenditur, quæ malum supponit. Sed nec duratio, nec mundi machina, nec vitæ præsentis status, quatenus à DEO est, nec res terrene, citra abusum spectatae, pravitatem quandam, ad quam homo conformari queat, inferunt: quapropter nec ista putari queunt. In confessio id est apud omnes, sed disquirendum adhuc est, utrum αἰών h. l. spectetur in abstracto, an vero in concreto: αἰών in concreto designat homines malignantes àque DEO aversos; at in abstracto, statum mundi perditum, Deoque exosum, in hominibus impiis & malignis conspicuum. Sunt, qui notionem utramque in hoc dicto simul conjungunt, quorum autem mens ex iis, quæ de alterutra significatione commemorabuntur, intellegi haud ægre poterit.

S. 6. Qui τὸν αἰώνα concretive exponunt, licet generaliter idem sentiant, in diversas tamen, si quæras, quinam sit ille,

*Significatus
αἰώνος quinam h. l. pos-
sibilis?*

*Significatus
concretivus
quinam?*

(n) *Comment. in ep. ad Rom. Commentarij. in omnes epist. N. T.*
p. 147.

8 DISP. THEOL. EXEGETICO-DOGMAT. IN LOC. ROM. XII. 2.

ille, s. quinam sint homines illi malignantes & impii à quibus Apostolus caveri jubeat? discedunt partes. HENR. HAMMONDUS, Theologus Anglus (o) ad Gnosticos adludi absque hæsitatione scribit. Hæc enim est ipsius paraphrasis: *ne patiamini vos irretiri impuris moribus Gnosticorum hujus etatis, qui junctis operis cum Judeis contra benesentientes christianos persecutionem vitant, eamque in alios avertunt, & ea ratione multos deipiunt, sed cum &c. Mirari quis posset, nisi constaret, illum Gnosticos quavis occasione data immiscere. Ipse CLERICUS hoc in eo reprehendit, præfat. editionis primæ scribens: HAMMONDUS tria habet, quibus potissimum nimium indulget: Gnosticos nempe, obſidionem Jerofolimitanam, & disciplinam ecclesiasticam s. e xcommunicationem; que passim invenit, ubali interpretes alia omnia quarunt. Idem (p) hæc inter alia haabet: talia sunt, que hujus capituli parapbr. de Gnosticis infarſit sine ulla necessitate, quasi vero nulli fuerint infecti vitiis contrariis virtutibus, quas Apostolus commendat præter Gnosticos! Majorem speciem præferre videtur WITTICHUS, qui τα αιωνας τετρα no mine Leviticorum sacerdotum externam vestium corporumque munditiem designari credit. Sensum enim verborum hunc facit (q): *Sic vos met ipsos offerentes, adeoque actum sacerdotalis muneris exercentes nolite putare, vestium mutationem, corporis ablutionem, aliaque similia externa ad vestri sanctificationem requiri, sicut in hoc faculo inter sacerdotes Leviticos, qui ad huc hodie sacrificia, quandoiu stat templum, immolant. nolite vos conformare ad eorum mores, sed &c.* Uberius hæc declarat (r): *Dixerat Apostolus precedenti versu, debere christianos semet ipsos offerre DEO in hostias & sacerdotes; & priori quidem versu explicuerat hostiarum**

(o) epistolis sanct. Apostolor. & apoc. Job. b. I. p. 91. N. T. parapbr. & annotati. illustrati ed. Franc. 1714.

(p) N. T. Hammondiani 1, c. in nota ad vocem λογικην v. I. sub finem pag. 92.

(q) μεταλλευσι. investig. ep. P. ad Rom. b. I. p. 510.

(r) l. c. p. 519.

arum Leviticarum qualitates, atque adeo ostenderat similes in christianis locum habere oportere, minc etiam quales debeant esse qualitates sacerdotum christianorum in oppositione Levitarum docet. Jubet ne conformetur ἡ ω κανω τεσσω. Hinc concludit (s): minrum est, quod id interpres accipiant in comparatione ad gentes, cum in scripturis soleat accipi comparare ad Iudeos, idque plane requirat praeſens locus. Agitur enim hic de sacerdotibus, cuiusmodi sunt omnes fideles sub N. T. siue indicatur non tales nunc oportere esse christianos, quales olim erant Levitici sacerdotes, quorum puritas legalis consistebat in ablutione corporis, & renovatione vestium; hic vero cum cultus noster sit spiritualis, renovationem & purgationem mentis requirit. Numis longe haec perita sunt, quam ut calculum mereantur. Supponitur vocis αιωνος notio, quæ in toto N. T. locum non habet, nec dictis excitatis, quibus præterea sensus alienus adſingitur, roborari potest. Supponitur, PAVLVM christianos ut sacerdotes h. l. considerare, cum eos tantum ut victimas spectet. Simile autem nec ultra, quam ab Apostolo propositum est, extendi, nec extra limites ex primo commate ad sequentia transferri debet, nisi & renovationem mentis, & divinæ voluntatis probationem ex analogia aut oppositione Leviticorum sacerdotum velis explicare. Et quid opus erat, ejusmodi precepta Romanis gentilibus, & a Judæorum sacris longe remotis praescribere, de quibus suspicari haud facile poterat, eos ritus V. T. imitaturos fore, cum præterea dudum ut christiani edotti essent, universum cultum ceremoniale fuisse adumbratilem, & in N. T. nullum amplius usum habere, cum excidio urbis & politiae Judaice instanti proſſus abolendum. Rectius mea sententia præcipiunt, qui generalius mundum, concretive speſatum, interpretantur. In his est b. SCHOMERVUS, Theologus quondam Rostochiensis longe inclitus (t), scribens: nomine mundi apud Apostolum intelligitur multitudine ingens hominum infidelium, qui illis, qui ad fidem conversi sunt, opponuntur;

B

v. I.

(s) l. c. p. 520.

(t) exeg. in ep. P. ad Rom. & utramque ad Corinth. p. 59.

v. i. Cor. 5. 10. nunc cum inter christianos vivimus solos, haud debemus observare, quae sunt mundi i. e. etnicorum & infidelium; sed dolendum, quod maxima pars illorum nomine magis quam re christiani sint. Huic concinit D. HENNINGES, nisi, quod paulo latius capiat *αιωνα*: ita namque scribit (u): Nullum dubium est, quin Apostolus ad gentiles & Iudeos & pseudochristianos hac locutione respexerit. Nam quod gentiles concernit, hos non per nomine denotari ex precedenti capite v. 15 constat. Et vero ex impia borum vita perversa mundi facies satis clare elucescebat, prout videre est e seletissimis illis, quos Paulus Rom. I. in his notavit, moribus. Lucem etiam his adserunt, quae ad Ephesios script cap. IV, 17: *ηποσθακ αμβuletις, quemadmodum & reliquæ gentes ambulant in vanitate mentis suæ, dum mentem habent obtenebratam, ab alienati à vita DEI, propter ignorantiam, quæ est in illis & excusationem cordis eorum, qui posteaquam peruererunt eo, dolere desierunt, semetipos dediderunt lascivie, ad parvandam immunditiam omnem cum aviditate.* Eadem autem ratione Iudei improbi, qui externa quidem religionis professione ab etnicis discepabant, moribus tamen & vita eorum quam simillimi mi erant, mundo recte accensur. Nec minus plenochristiane, qui christianam fidem, quam ore profiterunt factis suis negant, eos sunt referendi, cum fallacis mundi proprium sit, aliud dicere, aliud vero agere.

*Significatus
abstractus.*

§. 7. Significationem itaque concretivam, qua *αιων* pro hominibus malignantibus & impius dicitur, non rejiciam; dummodo alienæ & false præscindantur hypotheses; sed abstractiva tamen quoque significatio ita comparata est, ut admitti tuto queat. Imo potest uterque mundus, ni fallor, haud incommode conjungi, quia homines in mundo hic non nisi ratione corruptionis considerantur, nec ista corruptio locum habetur, nisi homines supponerentur, qui eam foverent & exserebent. Interim hanc ipsam ob causam, quoniam homines in mundo

(u) Disp. in b. l. dissertati. Exegett. p. 156. sqq.

mundo h. l. nonnisi ratione pravitatis, minime vero in se, spe-
 ßantur, concinnius & expeditus videtur ipsam illorum cor-
 ruptionem, abstractam ab hominibus, in se consideratis, pro-
 xime & immediate intelligere. Omnia enim, quæ hic caven-
 da sunt, ad pravitatem in mundo, seu hominibus, redeunt, non
 ad ipsum mundum vel homines, cum nec illo exire, nec his
 simpliciter nuntium mittere, qvoad vitam DEUS nobis lar-
 gitur, debeamus. Favet huic mea exegesi usus vocis *αἰωνος*,
 qvem confirmare qvoque mihi videtur pronomen demonstra-
 tivum, quod PAVLVS addit, inquiens: τῷ αἰώνι τῇ φ. Est hoc
 pronomen aliquod determinans, quod non tam facile ad cer-
 ta individua, que nemo quoque, PAVLVM h. l. innuisse, censem-
 te potest, qvam corruptionem mundi generalem saeculi ejus,
 quo vivebant Romani, applicari potest. Quapropter deter-
 minate *αἰων* capi debet potius pro statu saeculi NB. corrupti &
 maligni, quam pro hominibus corruptis in hoc mundo vi-
 ventibus, qui non semper sunt iidem, aliis decedentibus, aliis
 succrescentibus, ita tamen, ut mundi status corruptus semper
 idem sit maneatque, mutatis licet subjectis I Ioh. §, 19. Lice-
 at hoc sensu in subsidium vocare JO. OLEARIVM(w) ita diffe-
 rentem: *folet in sacris mundus corruptus* ὁ θεὸς *aversus non absolute*
αἰων, *sed cum addito vel τῷ αἰώνι αἰων,* uti e.g. b. l. o rūv αἰων, *vel*
οὐετερος αἰων, *vel ο αἰων τῷ κοσμῳ γέγονε* adpellari. Determina-
 tio autem intelligitur non solum generalis, quæ omnem o-
 mnino corruptum mundi statum respicit, sed etiam specialis, ad
 vitia, quibus dediti erant, qui tempore PAVLI vivebant, & Ro-
 manos conversos facile in transversum agere poterant, perte-
 nens. Qui enim in genere omnem vitare debet impietatem,
 præsentium maxime debet averlari mores perversos, qui ut in
 sensus incurront, ita quoque animos facillime movent & cor-
 rumpunt, ad fines etiam tum temporis consequendos accom-

(w) exercitatt. philolog. in epistolas Domin. exercitat. super ep. R.
 post Epiphan. p. 54.

modatissimi. Neque omittenda est construetio verbi *πυρχημα*.
Τιζουαι, quod eadem sic ratione cum objecto reali conjungitur
 1. Petr. 1, 14. juxta exemplorum profanorum copiam, quale est
 apud SCAPULAM (x) dictum PLUTARCHI in Numa :
συτυχηματιζουαι περος των αμυνοντων, conformantur ad vitam
 inculparam.

Quis ille?

§ 8 Quando igitur *αιωνια* in sensu abstractivo per statum mundi corruptum exponimus, quo in hic consistat, paucis declarandum est. Supposito peccato originali, quod in impiis regnat, eodem comprehendimus cunctas pravas hominum hujus saeculi propensiones, consuetudines, mores, quas actiones malas uno nomine appellare licebit. Atque haec sunt vel internae, vel externae, cum vel intra animam subsstant, vel extra eandem peragantur, vel in corpore hominis ipso, vel extra illud, eaque pro diversitate modi agendi in homine vel clandestinae, vel manifestae. Internae (quae quatenus externe se produnt, & actiones externas pravas gignunt & producunt, a nobis animadvertisi possunt, adeoque h. 1 includi debent) dicuntur *επιθυμια*, concupiscentia pravae, (non in actu primo, sed secundo), quibus id, quod sensibus gratum acceptumque visum est, licet in se malum omnino sit, & a lege divina alienum, audaci nisu appetitur consequendum. 1 Petr. I. 14. c. 4, 2, 2 Petr. 3, 3. quales sunt respectu DEI concupiscentia sustendandi numinis ignorantiam erroresque de rebus divinis producendi, quin pariter abiciendi & negligendi cultum DEO debitum: respectu mundi vero, rerumque mundanarum, prout a Johanne recitantur, *επιθυμια της σαρκος, επιθυμια των οφθαλμων, και αλαζονεια της βιβλιου* 1 ep. 2, 16. *επιθυμια κορυκαι* Tit. 2, 12, 520. *γενουμεναι καja της ψυχης* 1 Petr. 2, II. fine quibus cum nulla actio externa peccaminosa concipi possit Jac. 1, 15. ex etiam ad statum mundi corruptum referende sunt. Quando jam adserui concupiscentias actiones esse, id non nisi ratione animæ

ad-

(x) in Lexico Graeco pag. 599.

adeeptum volo; ceteroquin enim επιθυμία fundamentum quoque & causa actionum dici possunt ex quibus haec demum proveniunt, sive sint internae, sive externae. Nam ab his proficiuntur etiam internae, quatenus in anima absolvuntur, nec ut tales, extra eam egrediuntur. Sic v. g. negotio existentia divinae tantum in corde facta, interna hominis maligni actio est, quae suum habet fundamentum in concupiscentia prava DEVVM abnegandi: quanquam alias respectu animae ipsa concupiscentia actio dici mereatur. Externae clandestinæ dicuntur, quas homines artis simulandi dissimulandique periti, sub specie quandoque boni externe perficiunt contra legem DEI in aliorum maxime detrimentum, vel ut nemine advertente suos expleant cupiditates, cultuque divino aliiquid deroget. Sic tories e. c. alter alterum defraudat, alterius felicitatem per cuniculos subruit, vita alterum ex improviso & per infidias privat, εν μορφώσει της εὐσεβείας ad fidei naufragium alteri inferendum operam collocat, doctrinis ad genus saeculi accommodatis, speciosis quidem, at vere nocivis vim verbi divini elevat, Evangelium de CHRISTO impugnat, & ridendum cavillatoribus sistit, bonos ordines in ecclesia turbat, & mores christianos proscribendi occasionem suppeditat, mutis, quae dicuntur, peccatis seipsum inquinat &c. Malae actiones externae manifestae sine multo pudore propalam coram hominibus perpetrantur, inque omnium simul oculos, ut tales incurunt, Gal. 5, 19. conf. Rom. 1, 24 - 32. Eph. 4, 17, 18, 19, 1 Petr. 4, 3, ubi de genilium infami vivendi consuetudine legere est: de Judaeis exstat locus Rom. 2, 23, 24. & de Pseudochristianis colligitur ex Rom. 13, 11 - 14. quicquid enim interdum ad pallianda nefaria facinora sua a mundanis hominibus in medium profertur, id eorum contingenda turpitudini adeo non sufficit, ut potius magis exosos se reddant, omnem vitam improbitatem laudaturi, & sub singularium virtutum specie commendaturi.

Quis non?

§ 9. Cum igitur *ανων* abstractive spectatus non nisi pravae actiones, à quibus solis abstinere debent, qui mundo configurari non volunt, denotet, nullo negotio intelligitur, quan-
topere fallantur, qui latius, quam fas est, hæc extendunt. Pon-
tificii mundo nos non conformari dicunt, quando præceptis, s.
confiliis, quæ vocant, Evangelicis morem gerimus, & abdi-
catis sæcularibus operibus & actionibus externis quibuscum-
que, iis etiam, quæ ad illud vitæ genus, in quo legitime nos
constitutos videmus, pertinent, vitam monasticam cœu religi-
osam mereque spiritualem eligimus ad majorem beatitudinis
gradum in altera vita consequendum. Ex quo consequitur,
omnem vitam extra monasteria pertinere ad *τοπονομα τελον*.
Nolo repeter ea, quæ Theologi nostrates commentiis his con-
filiis pridem opposuerunt: sed *ανων τελον*, à quo PAULUS
avocat, perperam hue trahi, quis non vider? Confilia Ev-
angelica ipsis Pontificiis fatentibus non ad omnes pertinent,
sed perfectiores tantum. Hanc autem adhortationem quis uni-
versalem esse negaverit? Quis omnes homines DEO se offerre,
intime renovandos esse, voluntatem DEI explorare debere
inficias iverit? Quis denique sibi persuaserit, PAULUM præ-
cepisse, ut omnes Romani intra monasteria se abderent,
& superstitioso nec uno nomine detestando religiosorum
ordini semet addicant. Sed hæc fuisus contra Pontificios
disputat BALDUINUS (y) & FISCHER (z). Confer BAIE-
RUM (aa). Nec magis audiendi sunt Anabaptistæ, qui ex eo,
quod christiani mundo configurari non debeant, inferunt christians
licite non posse uti contractibus, aut magistratum ge-
rere, fædera inire, arma gestare; vel paulo speciosius: pios
non debere vestiri pretiose, lautis cibis uti, ridere, nuptias con-
trahere, convivia celebrare, musicam excercere, aut ea dele:
ctari,

(y) *Comment. in epp. N. T. b. I. p. 220. sq.*

(z) in der *Christlichen Sitten-Kunst* aus dem 12 cap. ep. P. ad Rom.
p. 41. sqq.

(aa) *Disput. de conformat. cum mundo fugienda ex loc. Rom. 12. 2.*

Etari, docente HENNINGES (bb). Hæc tum demum reste
 colligi ipsis largiar, quando prius evictum dederint, ista omnia
 in se prava esse, quod nunquam perficiunt. Revocant hæc so-
 mnia ex parte, hodierni Fanatici, & Novatores, sanctitatis spe-
 ciem affectantes, aut conversorum titulo se efferentes. Hi
 omnes omnino comedias, saltationes, ludos, artificiosas pi-
 etatas &c, abominantes in ipsis verbis Paulinis praesidium inve-
 nisse sibi videntur. Depravatores enim Bibliorum BERLEN-
 BURGENSES ad h. l. (cc) ita commentantur: Werdet dieselbent
 Welt-Lauff nicht gleich in ihren Sünden, Eitelkei-
 ten, Thorheiten, Lüsten, und sündlichen Gewohn-
 heiten, Tangen, Spielen, Scherzen &c. Welches
 alles sie bey ihrem ceremonialschen Gottes-Dienst uns
 gehindert treiben können: Worinnow auch alle Gän-
 ge und Schliche, der Sinn und die maximen der Welt
 begriffen werden. Idem in his actionibus profiteretur à
 publica harum doctrina temere discedens HENR.
 CHRIST. EHRENPFORT, qui indifferentiam actio-
 num ab inepto non conversorum iudicio repetit, utque fucum
 legentibus faciat, ea in indifferentibus numerari tradit, quæ ab
 omnibus viris bonis vel in vitiis ponuntur, vel saltem simplici-
 ter indifferentia non dicuntur, (dd) inquiens: Der Unbe-
 fehrtre achtet viele Dinge an sich und andern seines
 gleichen vor erlaubt, und unsündiglich, wo nicht gar
 vor eine Tugend und Anständlichkeit. Hieraus ist die
 falsche Lehre der sogenannten Mitteldinge entsprung
 en. Denn sich je zuweilen ein kleines und wie man
 che nicht ohne Lästerung des Blahmens Christi sagen,
 ein Christliches Rätselgen zu trincken, wo man nur
 Sinn und Verstand dabey behalte; Tangen, und mit
 Spielen die Zeit passiren, im Scherze lügen, und den
 Nächsten

[bb] l. c p. 162. sq.

(cc) Biblius suis b. l. p. 316.

(dd) im Geheimniß der Bekehrung pag. 29. sq.

Nächsten aufzischen, Nothlügen ic. sollen keine Sünden seyn. Nos detestamur omnes illas actiones, quæ vel in se, vel in suis circumstantiis accidentalibus pravae sunt. Sed eo nos non abduci patimur dementiae, ut eas quoque actiones, quæ vel abstractive sunt indifferentes, (quales dari nemo sanæ mentis abnegare poterit), vel in circumstantiis suis essentialibus sunt & manent indifferentes, (quamdiu accidentalibus malis, que abesse possunt, non commaculantur) sub specie *πιστεως* traducamus. Sicut enim malitiosorum est solertia, impietates veras & contestatas excusare aut dilaudare velle; ita non nisi Stoicos & Catones decet rerum indifferentium usu sobrio homines interdicere velle, aut stolidis & inepte inflatis convenient, arrogare sibi jus conscientias constringendi, eaque damnandi, quæ nulla lex divina prohibet, sed sapientissimum numen hominum permisit arbitrio. Liberum mihi, reor cum Theologis, semper, hanc vel illam viam ingredi, & calcare, dum honestae recreationis causa obambulo, h. e. ut Theologi respectu revelationis loquuntur, actionem indifferentem suscipere, ut propterea saeculo corrupto tamen me conformare dici nequeam. Scite hypocrisim illam dexterit COCCEIVS, (ee) qui verba: *et ne configuremini huic saeculo, hoc commentario illustrat: id non significat christianum debere esse singulari vestium forma, aut similibus rebus differre ab aliis, quadam necesse est nos facere cum gentibus v. c. edere, bibere, parentes honorare, liberos alere, in civitate et societatem politicam congregari; nam et ille naturaliter benefaciunt carni sua, et quandam etiam honestatem studiose affectant, quadam etiam licita ac concessa sunt nobis, in quibus regnum DEI non consistit Rom. 14. 17. omnia tamen, que faciunt cum gentibus, non faciunt christiani ut gentes; nam ille, quæ ut bruta animalia cognoscunt, in iis φερονται, corrupuntur Jud. v. 10. et earum corruptionem et cogitationes ac concupiscentiae, et quod DEVN non invocant, neque ei gratias agunt, deinde et modus agendi indicat.*

§. IO.

(ee) l. c. pag. 191.

S. 10. Satis de τῷ σιων τελῷ Videndum nunc est, quid sibi velit interdictum illud: μη συσχηματίζεσθε. Quidam Codices in Infinitivo legunt συσχηματίζεσθαι, & etiam μεταμορφώσθαι observante ESTIO (ff), & WITTICHIO (gg). Idem quoque adnotavit JO. MILLIUS (hh) qui unum alterumque codicem excitat, in quo hæc lectione deprehenditur; sed varietas ista sensum plane non immutat; aut enim per enallagm modorum infinitivus pro imperativo usurpatur, aut pariter cum præcedenti infinitivo παρασηται dependet à verbo παρακαλω, ut sit syntaxis hujusmodi: obsecro vos, non configurari sæculo huic, sed transformari &c. At enim vero nil nos urget, ut hos codices sequamur, cum unus aut alter codex receptæ & comprobatae lectioni, quæ nil incommodi habet, non sufficiat sollicitandæ. Retinemus ergo merito lectionem consuetam: μη συσχηματίζεσθε, quam non in indicativo, sed imperativo accipienda esse integra contextus series comprobat, παρασηται, quæ imperativum, vel formaliter, vel virtualiter tales poscit, insinuans. Ipsum verbum συσχηματίζεσθαι conflatum est ex verbo σχηματίζω & particula συ. Derivatur autem σχηματίζω ab σχῆμα, quod ab εἶχω iterum descendit. Significat autem σχῆμα non solum vi vocis habitum, sed etiam ex usu loquendi habitum externum gestus, oris, vestitus, ornatus & cultus (ii), nee uon formam aut figuram exteriorem, saltem, etiamsi intimi quid nonnunquam includat, extraessentialiæ. Hinc memorantur σχηματια Geometrarum, rhetorum, saltantium, scenicorum, de quibus videri possunt HENR. STEPHANUS (kk), BUDÆUS (ll). B. LUTHERUS quidem 1 Cor. 7, 31. τὸ σχῆμα τὸ κοσμικόν reddit:

C

DAB

(ff) l.c. p. 147.

(gg) l.c. p. 519.

(hh) N. T. ad b. l. p. 449. not. m. n.

(ii) vid. SVICERVST bef. Eccles. T. II. p. 1200. s4.

(kk) thes. Gr. Lingv. p. 1327. 1328.

(ll) Commentar. Gr. Lingvæ p. 582. 1104. 1112. & Diction. Graeco Lat p. 1328.

Das Wesen dieser Welt. Sed eum per vocem Wesen, non $\sigma\tauιαν$ aut substantiam mundi, sed externam ejus conditionem indicare (mm) voluisse, contra TRILLERUM, qui LUTHERUM eo nomine reprehendit, monet S. R. JO CHRIST. WOLFIUS(nn). Generatum denotat statum, conditionem, virtutem rationem, prout locis ex XENOPHONTE collectis demonstrat cel. GEORG RAPHELIS(oo). Vox $\chi\nu\mu\alpha\zeta\omega$, quæ in N. T. non legitur, apud profanos scriptores dicitur pro formare, in certam formam componere, effingere, assimilare(pp). Atque hinc $\tauυ\sigma\chi\nu\mu\alpha\zeta\omega$ est conformare, configurare, alterius rei figuram in re exprimere, similem rei figuram vel formam alicui inducere, configurare, conformare, einer Sache die Gleichheit von der andern mittheilen, eine gleiche Gestalt einprägen, die Figur, die die andere hat, anthum: passive autem configurari, simili alicuius rei figura vestri; vel intransitive: alteri se conformare & accommodare. Quo sensu dum in sacris literis usurpatur, non ad externa solum restringitur, sed & ad interna refertur. PETRUS namque de internis loquitur,

(mm) Nil hinc commodi percipiunt, qui mundi annihilationem negantes, innovationem autem adfirmantes ad vocem hanc se recipiunt. Quando enim D. D. LANGIVS scribit im Apostolischen Licht und Recht p. 243. -- daß nicht vom Wesen der Welt und desselben gänglichen Vernichtung die Rede sei, zeigt das Wort schema, die Gestalt, an, wie auch das verbum $\tau\alpha\gamma\omega\gamma\epsilon\iota$, als welches nur von einer Veränderung kan verstanden werden &c Relictis aliis, quæ à Theologis monentur, respondet, unius positionem non esse alterius exclusionem.

Scopo Apostoli sufficiebat τε σχηματος abolitionem in animum Corinthiis revocasse; alibi vero scilicet literarum ipsius mundi substantialis abolitio incutatur, ita ut concupiscentia, & cum his ipse mundus intercidere dicatur 1Joh. 2. 17.

(nn) Cur. Philol. & Crit. in IV priores S. PAULI epistolas p. 413. Phil. 2. 6. 7 pag. 267. 268.

(oo) Annotationibus Philol. in N. T. ex Xenophonte collectis ad

(pp) v. BVDÆVS Comment. p. 675. 1104.

quitur, quando ^c Petr. I. 14. habet : μη συσχηματίζομεν ταῖς ἀρδεσσοῖς εν τῇ αγνοίᾳ υμῶν επιθυμίαις, hoc est, inquiete b. GERHARDO (qq, non configurantes nec accommodantes vos prioribus desideriis s. concupiscentiis, quibus secure indulgebatis, cum adhuc in tenebris ignorantia & peccatorum habebatis.

§. II. Haud ægre hinc intelligitur, quid sibi velit <sup>Quid συχνά
μησθετόμενο
b. l?</sup> μη συσχηματίζεσθαι τῷ αἰωνὶ τούτῳ. Supposito, quod de malis actionibus capi debeat *aiōn*, ut ante dixi, mens Apostoli hue procul dubio reddit: nolite vos conformare huic mundo, i. e. nolite actiones vestras conformes reddere actionibus improborum hominum, similem his figuram in illas transferre, nolite exprimere in actionibus vestris formam, figuram, habitum malarum actionum. Tribuitur autem *aiōn* τούτῳ malis actionibus σχῆμα aliquod, quatenus nonsolum hæ varia ratione sunt modificabiles, ac res, quæ variis formis & figuris externe sepius immutatur, sed quatenus etiam in genere omnis actio mala distinctiæ aliquid habet in externis & minus essentialibus, ratione causalium externarum, qualis est finalis, & in causa efficiente plures dantur, & ratione affectionum & attributorum, id quod ipsum earum schema dici potest. Enīgitur μη συσχηματίζομεν τῷ αἰωνὶ τούτῳ actionibus suis schema malarum actionum non inducit, eadem non perpetrans ipse, sed ab iis abhorrens, & schema istud abominabile repugnans. Er läßt seine Handlungen nicht so gestaltet seyn, wie die bösen Handlungen gottloser Leute: er verrichtet sie (die innerlichen sowol als äußerlichen) nicht aus solchen Gründen, durch solche Mittel, und zu solchem Endzweck, als die gottlosen Leute thun, wenn sie ihre sündliche Werke betreiben: und es fließen daraus nicht so böse Eigenschaften und Wirkungen.

§. 2. Ampliorem his lumen ad fundi nonnulli sibi persuadent, si vel ex mathematicorum scholis, vel ex histriónica arte sumserit.

(qq) Comment. in b. l. pag. 103.

Undo Apo-
stolis hoc
verbū d.
sumserit.

arte PAULI mentem declarare queunt. Cum enim, ut dixi S. 10, $\chi\eta\mu\alpha\tau\omega$ Mathematicis non ignota sint, siquidem & Geometræ figuræ linearum angularumque certo positu conjunctas $\sigma\chi\eta\mu\alpha\tau\omega$ adpellant, & Astronomis $\sigma\upsilon\chi\eta\mu\alpha\tau\omega$, configuratiōnes stellarum frequenter usu veniunt, ab iis mutuo sumissæ hanc vocem Apostolum, credunt. Hunc in sensum LAMP. A-LARD (rr), qui $\alpha\iota\alpha\nu\chi\eta\mu\alpha\tau\omega$ de hominibus impiis in mundo viventibus interpretatur, emphasis verbi $\sigma\upsilon\chi\eta\mu\alpha\tau\omega$ eruit, scribens: Rom. 12, 2. $\kappa\alpha\eta\mu\eta\sigma\upsilon\chi\eta\mu\alpha\tau\omega\epsilon\sigma\theta\alpha\iota\tau\omega\alpha\iota\alpha\nu\chi\eta\mu\alpha\tau\omega$. Traducit Apostolus hic elegantem metaphoram à scholis mathematicis. Sunt enim PTOLOMÆO $\sigma\chi\eta\mu\alpha\tau\omega$ stellarum configurations, quas vulgo adspeculus vocant, cuiusmodi sunt trigonus, tetragonius, sexutilus &c. atque bac ipsa metaphoræ vult Apostolus, ne sic in mundo & cum mundo versemur, ut cum eodem angulum rectum faciamus in configuratione, i. e., conspiremus in confusione opinionum, cultuum ac morum: Sed ut ita in mundo vivamus, ne mundi similes efficiamur: non admittamus conjunctionem sed oppositionem. Alii in hoc verbo enucleando recurrent ad artem histrionicam, in qua variæ histriorum gesticulationes simplici nomine $\sigma\chi\eta\mu\alpha\tau\omega$ adpellantur, sicut & alias apud GATAKERUM (ss) de figuris & gestibus scortorum, quibus amassis soleant $\chi\alpha\rho\iota\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$, id fieri observatum est. Non is ego sum, qui virorum doctorum industriam culpare ausim, neque etiam has meditationes prout accommodatum nudatum loco habentur, repudiavero: vereor autem, ne in meras conjecturas desinat. Unde enim certiores reddimur, SPIRITUM S. deserto usu generali & communi, qui $\chi\eta\mu\alpha\tau\omega$ admittit in quibus nec de Geometris vel Astronomis statim cogitat quispiam, nec histrionicas simil aut salaces gesticulationes semper respicit, ad disciplinas plerisque ignotas, saltantem simplicioribus haud perspectas, aut ad vanas artes & impuras figuræ, quæ

(rr) *Patholog. sacr. p. 219.*(ss) *diff. de N. Instrum. filio opp. Critic. p. 74.*

quæ propter dissimilitudinem non nisi coacte hoc trahuntur, digitum intendisse, cum nullo indicio id vel texrus vel contextus prodat? Conjecturas autem humanas cum vero sensu à SP. S. intento miscere quid prodest?

S. 13. Missis igitur allusionibus istis in notione generali & abstracta persistimus, quam ita vero nolumus accipi, ac si schemata quidem seculi, i. e. actionum malarum vitanda sint, neque tamen propterea ipsas actiones malas assumere s' imitari sit illicitum. Schema enim & antecedentia & consequentia actionum immediata ponit, his vero positis ut actio ipsa pautur, multum necesse est. Quicunque igitur schema actionum malarum actionibus suis non deber inducere, is ipsas actiones suas in ipsas easdem convertere non debet, h. 1 Romani τε γη τραπεζας συσχηματιζονται, prohibentur: E. suo tempore contingentium actionum malarum schema actionibus suis ne inducant, nec quoque ipsas suo tempore contingentes vel iis similes actiones committant.

S. 14. Eam haec tenus persecutus sum interpretandi rationem, quæ mundum abstractivum supponit. Sed cum alii τραπεζας ζηται in significacione de hominibus corruptis & impiis in corrupto seculo viventibus exponant, quo sensu de iis τε συσχηματιζονται ζηται ουας constituta, indicandum adhuc est. Scilicet ουας est figura, forma & habitus, de externis & non essentialibus usurpatum. Nihil jam figurari in alio, vel figura nullius rei in alio existere potest, nisi quod ipsum figuram habeat. Homines ergo impi figuram habent, eaque in essentialibus ejus constitui nequit. Essentialia autem vel natura hominis impii, quatenus impius & malignus dicitur, consistit in habitu, promptitudine & proxerfi perpetrandi plurimas actiones malas; figura igitur in eo deprehendi debet, quando ex habitu isto varios & crebros actus peccaminosos jam elicit, eosque diversimode applicat. Quodsi igitur quis μη συσχηματιζονται debet hominibus impiis i. e. schema impiorum hominum non adsumere, caverre sibi is de-

*Num schema
ab actione se-
paretur?*

*Συσχηματι-
ζηται in si-
gnificatione
ουας con-
stituta.*

bet ne ejusmodi facinoribus se polluat, quibus se contaminant homines à DEO aversi, maligni & impii. Idem tamen, quod in significatio abstractiva monuimus, simul hic observandum erit: scilicet, cum ibi figura subjectum quoque cui inest, nimirum actionem ipsam, includat, quod hic non minus varii & cerebriores actus habitum, ex quo illi enascuntur, consignificant posito enim effectu, qua tali, ponatur causa necessa est.

*Alia inter-
pretatio ver-
bi συγχρη-*

S. 15. Præter notionem configurandi & conformandi, ex qua hoc usque το συγχρηματισθαι declaravimus, alia adhuc succurrat, quæ τῷ σχηματί, quatenus speciem significat, respondet. Profanis enim scriptoribus haud insolens est, speciem s. adparentiam, prætextum σχημα vocare, v. g. HERODIANUS loquitur de χηραῖς πολιορκίαις, specie obsidionis, & PLUTARCHUS inquit: ανηγεως σχημα την ανθρην ειαι φατκονήες (tt). Hoc sensu si cum verbis Apostoli comparavero, hortatur is Romanos regenitos & justificatos, ut totos se DEo offerant, & ne speciem quidem, vel malarum actionum (abstractive ανθρι intelleto), vel pravorum hominum (sensu concretivo) imitantur. Speciem malarum actionum imitantur, qui ab actibus vetitis externe quidem abstinent, nec turpibus delictis se inquinant, sed ita se tamen gerunt, ut suspicionem impietatis incurvant, aut illud saltē, quod malum esse adpareat, peragant, deflectentes à regula Paulina Thess. , 22. απο παντος ειδες πονηρος απεχεσθε. Idem in significatu vocis ανθρων concretivo obtinet. Sic v. g. qui lupanaria secure remereque ingreditur, licet illud scortationis causa haud faciat, nec scortis femer adjungat, speciem male actionis i. e. scortationis præ se fert, s. hōminis lascivi & libidinosi. Se v. g. qui familiariter vivit cum hominibus petulantiae exploratae & profanis, licet ipse profanam mentem nondum induat, nec ipsum malefacta laudet, aut imitantur, ipsis tamen haud dissimilis videtur, siquidem iis nos lubentissime consociamus, quorum insti.

(tt) vid. SCAPVLAM ad hanc vocem Lex. Græc. p. 546.

instinctis & moribus delectamur juxta vulgatum illud: noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se. Praestruit hunc significatum ZIEROLDUS (uu), ad haec verba commentatus; μη συτριχημαζεις οδε huic saeculo: non vitam ducite similem amantiis faculum hoc. E. nec speciem conformitatis habeamus, nec externa nostra cum more faculi convenientia - - . Falsum igitur est licere schema i. e. externa mundi imitari, dum intus alter affecti simus: non enim debemus DEVVM coram hominibus negare Matth. 10, sed schema i. e. externa quoque mundi vitare. Idcirco non est vivendum sicut ali ante nos vixere & adhuc vivunt; vere renovati pro singularibus semper sunt habiti, quæ inculpatio non est vitanda; & SPENERUS (ww): Sane si christiani se conformare non debent faculo, necesse est, ut in mundo pro singularibus habeantur, talis itaque inculpatio non esset improbanda nec magnopere vitanda: probibemur enim non solum, ne faculo conformes simus, sed ut nec externa nostra cum more faculi convenientia occurrit ergo exceptioni eorum, qui putant licere externa imitari, dum intus & in animo aliter affecti simus. repugnat nempe hoc non solum universalis Christi regulae Matth. 10, qua se tamur coram hominibus negare, est in corde cum confiteremur, sed & hic schema i. e. externa mundi vitare jubemur, neque illius testera quasi insigniri, totius nimirum vite tenore ostendamus, nos non esse ex gente illa mundi. nec pro talibus haberi vellet; si enim ostenderemus, pudere nos Domini nostri. Res ipsa satis recte se habet. Sed nec phras Paulinae, nec thesi positivæ, quæ negativæ opponitur, consentanea est, quod reor. haec exegesis. Quodsi mens illa sedisset Apostolo, dicere præcul dubio debuisset, ne quidem externam speciem nos imitari debere (per thesim negativam), sed & hanc omni studio devitare (per thesim positivam). Externæ enim speciei malæ opponitur immediate non, renovatio intima mentis, sed externa circumspæcta vivendi ratio.

§. 16.

(uu) Analog, fid per exeg ep ad Rom. p. 71.
(ww) in ep. ad Rom. homilet. paraphrasibus illustrat. p. 200. sq.

*Ratio effati
Paulini.*

§. 16. Ceterum rationem adhortationis Paulinæ hujus Romanis factæ de non configurando se huic saeculo agnoscimus ex eo, quo tum erant Romani, statu, siquidem jam ad CHRISTVM conversi & justificati erant, unde eos Apostolus v. 1. dixerat *α&τελός;* respectu unius ejusdemque patris celestis, paterno amore erga illos meritos, per fidem in CHRISTI meritum ei amabiles redditos, hincque reatu peccatorum liberatos proni. Justificatos vero non decet id agere, quod agunt homines impii nondum conversi, sed ea potius perficere, quæ à moribus eorum pessimis quam sunt remotissima, non ambulantes secundum carnem, sed secundum spiritum, sibique sedulo carentes, ne gratia divina & statu justificationis malorum operum perpetratione excendant.

*Connexione-
væ propositi-
onis.*

§. 17. Postquam igitur PAULUS recitavit, quæ in christiano vero, h. e. eo, qui se DEO *θυσιαν λωταν, αγιαν, ευαρεστον,* offerre cupit, abesse debeant; positive, quid eidem inesse debet, indicat. Non sufficit enim, ut ab impia malignorum hominum vivendi conseruidine abhorreat, nec actiones committat, delictis turpibusque horum actibus similes, sed quod majus adhuc est, quoad interna & quoad ipsum animum debet innovari, nōaque prorsus forma indui, ut viribus intellectus ad cognoscendum spiritualia, iisque fide divina adsen- tiendum successive magis reparatis rectius promptiusque voluntatem DEI exquirat & dijudicer: quo ad mensurum hujus cognitionis post factam ex reparatis simul facultatis adpetitivæ viribus boni cogniti adprobationem & adpetitionem ulteriores in ipsa vitæ sanctitate subinde progressus faciat, & à facultate hujus moribus quam longissime lejuntur DEO gratam se vietnam exhibeat. Plana hæc est propositionum connexione, quam *παιδειας* Apostolice series & particula adversativa *αλλα* non solum ultro subministrant; sed & exposcent. Ut igitur facere non possim cum DESID. ERASMO ROTERODAMO, qui

qui (xx) eadem facilitate alium connexionis modum locum hic invenire posse opinatur, si τὸ μεταμορφώσθε in Indicativo capiatur. Nam ad phrasin : sed reformamini , post parenthesin : μεταμορφώσθε i. e. transformamini s. transformemini , addit ; potest enim utrovis accipi modo , vel ut sit indicandi modo , vel ut sit imperandi modo dictum. Et postea scribit in fine versus : Ταῦτα μεταμορφώσθε , sicut paulo ante dixi , potest esse vel imperantis , vel indicantis , imperantis , ut respondeat ei , quod praecepsit , μη συσχημάτιζεσθε , indicantis , ut intelligat per ea , que dicta sunt de cultu rationali , nos transformari , ut transformati scire possumus que sit voluntas DEL. Sed contorta haec videtur , & contextui , mentique Apostoli minus congrua expositio , quandoquidem verbum μεταμορφώσθε , quod per particulam adversativam connectitur cum τῷ συσχημάτιζεσθε , non potest alio , quam imperandi modo sumi , nec ad alia proxime referri , quam ad ea , quibus immediate opponitur h. e. verba praecedentia : μη συσχημάτιζεσθε τῷ αἰωνὶ τελεῖσθαι . Nullus ergo dubito , quin imperativus , & cum eo connexio , quam ille postulat , & nos ante dedimus , præferri debeat.

§. 18. Dicitur μεταμορφωμαι à μετα , trans , & μορφῃ Etymologie μαι formor , quod ipsum descendit à primitivo μορφη , for verbi μετω- mam designante. Et forma quidem est vel essentialis vel ac- μορφωσθαι cidentalis , & utraque vel interna vel externa. De externa & accidental forma uti særissime apud autores profanos (yy) ita

D

(xx) in annotatt. in N. T. b. l. p. 433.

(yy) Plurimi exemplis id comprobatur SCAPVLA Lex. ad hanc vocem. Neque tamen insolens est , vel Philosophis , μορφη dicere omnem formam , que rei dat esse , vel Patribus eam , de ipsa rei natura adhibere , vel profanis scriptoribus , pro essentia illam usurpare.

vid. HENR. STEPHANI thesaurus Gr. Lingv. v. μορφη p. 970. SVICERVS thef. Eccl. T II. p. 377. & tel. WOLFIVS Curisphi- los. & Crit. in X post. S. PAVLI epist. p. 211.

ita quoque in N. T. (zz) μορφή adhibetur. Quem admodum vero id quod accidentale & externum quidpiam est, haud raro parum durationis habet, sed variis modis alterari, imo prossus evanescere potest; ita μορφὴ firmam & stabilem nemo dixerit, quae immutatur, & in aliam, quin oppositam formam toties degenerat. Confirmant id vocabula cognata & ad finia profanis scriptoribus usitata e. g. μορφασμος, genus saltationis, quod diversorum animalium motus imitabatur, Μορφευς, (nomen propri, filius aut minister somni, ita dictus, quod dormientibus varias formas & rerum simulacula inducat. Sic PLATO pol. 2. ἀλλαπούτα το αὐτό ειδος εις πολλας μορφας. Unde calculum non meretur CHRYSOSTOMVS, emphasis hujs vocis in eo ponens, quod μορφη semper existat stabili, arguatque rei, cui inesse deprehendatur. soliditatem, cum contra σχημα sit rerum soliditate destitutarum, infirmarum & transeuntium, atque ipsum infirmum, fragile & minus constans (aaa). Potius schema eandem habet cum forma rationem, neque præ illo hæc excellit, siquidem testimonium scripture legimus Phil. 2. 7, 8 quo ipso loco μορφη δελεγεται, & οὐ με ανθρωπος si non idem significant, taltem pari modo de figura & forma externa capi ac intelligi debent notante PETRO MARTYRE (bbb). Ulterius de voce μορφη tenendum est, eam non tantum competere hominibus, sed rebus etiam aliis quibuscumque. ita v. g. apud HOMERVM od. λ. occurrit μορφη επεων de venusto & eleganti orationis genere: ita vocabulam ad fine datur ζωομορφος animalis formam habens, θαυμομορφος, tauri formam habens; ita dicitur ποικιλομορφου

1400

(aa) *Contra BELLARMINVM id negantem prolixè hoc demonstravimus quondam Theologus, b. GOTTLIEB WERNSDORFIUS diff. de metamorphosi christiana ex 2 Cor. 3. 18. §. IX. p. 26. fqq. (aaa) v. CORNEL. à LAPIDE Comment. in epist. ad Rom, b. I. p. 161.*

(bbb) *Comment. in ep. ad Rom. b. I. p. 619.*

Speciosus apud ARISTOPHANEM in PLVT. Neque igitur habit emphasis, quam suppeditat BENED. ARETIVS (ccc), utriusque simul vocis, σχημάτος & μορφής, explicationem meditatus, σχηματος est, inquiens, figura rerum inanimatarum, speciem habens elegantem sine solida veritate. μορφή contra hominis forma est, qua firma; nititur enim imagine DEI. id igitur vult Apostolus: si reddimus mundo conformati, deposita naturale forma, quam a DEO habemus, transfiguramur in brutorum figuris, οἱ insensati, stipites, trunci, duri, lapides, stupida pecora reddimur (ddd). Haud satis ARETIVS, ni fallor, σχημάτος significatum exploratum haberet, quod peraeque de hominibus, ac rebus inanimatis & mundo predicari frequens hujus vocis apud profanos usus aperte satis indicat (eee). Neque repugnat scriptura sacra, quae CHRISTO θεανθρωπῳ secundum humanam naturam σχημα attribuit Phil. 2, 8.

S. 19. Non alio consilio haec occupavi, quam ut verbo *Significatus* μέτα μορφώσθε lucem quandam adfundam. μεταμορφώσθαι verbi, est transformari, quod si rem accurate putamus, geminata invehit conceptum: terminum à quo, terminum ad quem, formam, quæ deponitur, formam, quæ induitur, hincque significat de posita una forma aliam adsumere, quales sunt μεταμορφώσει ab OVIDIO & aliis scriptæ, loquor cum ALARDO (fff), & D. WERNSDORFIO (ggg). Deponentes igitur, quam ex vetere homine habebant, formam, nova Romani indui debent. Utraque quo in consistat, in sequentibus tradituri sumus, cum ad modum transformationis pervenerimus. Neque nunc docebimus, transformationem hanc non substantialem, sed accidentalem esse, siquidem argumentum, quod per

D 2

haec-

(ccc) *Comment. in ep. ad Rom. p. 337.*(ddd) *Conf. OLEARIVM exercitatae philol. in epp. Dom. p. 54. 52.*(eee) *v. SCAPVLAM Lex. p. 546.*(fff) *pathol. f. pag. 128.*(ggg) *diff. cit. p. 28.*

haec tenus de voce μορφῇ allata ex natura verbi μεταμορφώσθαι
Etymologica quomodounque peti posset juxta ejus in scra usum, rem non prossus conficit. Id unum hic observare juvat, actum transformationis eundemque passivum verbo μεταμορφώσθε exprimi. Ex quo quæstio oritur: quis ille sit, à quo transformatio active procedat? Non ipsos Romanos se transformare, sed à DEO transformari actus ανακαίωσεως indicat. De quo tamen haud satis recte constabit, nisi renovationis indoles prius fuerit exposita.

Vocabulum
vocatio

S. 20. Describit eam Apostolus his verbis: *εν ανακαίωσει τοος υμων, renovatione mentis vestra*, ubi dum mentio fit τοος υμων, subiectum renovandum indigitatur. Nisi proprie intellectum notare probant scripturæ loca Luc. 24, 45 Phil. 4, 7. 1 Tim. 6, 5. 2 Tim. 3, 8. & ex derivatis intelligere est. Quoniam autem intellectus tanquam precipua animæ facultas considerari debet, quæ imperium in voluntatem obtinet & exercet, sepius complexe totam animam significat, quoad intellectum & voluntatem puta v. Eph. 4, 23. f. æqualiter facultates designentur, s. præ alia, alia præcellentiori modo. ita facultatem adpetendi potissimum respici posse contendimus, præsuppositio quidem intellectus & rationis usu: v. g. apud THEOCRITVM ειδυλ. 27, 22. legitur: *νοον δὲ εμονας τις εαδει,* sed nullus animo meo placuit, prout Hebrei dicunt ישְׁפָנֵל, animæ meæ (hhh); quando enim aliquid nobis placet, nonne facultas adpetitiva operatur, illud adprobando, seque ad illud ipsum inclinando facta per intellectum rei tanquam bona & jucundæ repræsentatione? Hoc sensu locum quoque Rom. 7, 25. accipimus: *αρπαγησαντος εγω τω μεν νοι δελευω νομω Θεον,* την δε σακρη νομω αμαρτιας; igitur ego ipse (PAVLVS in justificationis statu persistens) per adpetitum rationalem gratia SP. S. adstante atque movente in id feror, quod lege divina præceptum est, quodque revera bonum mihi, & perfectionibus meis

(hhh) v. Lexic, PAS, ed. Schöttgeniana pag. 986.

meis augendis conducibile judico, licet nonnunquam prorumpat adpetitus sensivus, meque per natura mea pravitatem ex P. O. fomite resultantem ad id praestandum abripiat, quod pro eo infusa qvidem intellectus representatione sensibus gratum & jucundum esse videtur, sed tamen legi divinae adversatur, & boni tantum adparentis rationem habet. Ceteras significaciones metonymicas consulto omitto, quia ex adductis alterutra non potest non huc applicari. Minus enim commode, ut opinor, JO. CLERICVS non facultates animae sed earum operationes, quin effecta operationum intellecta cupit (iii), notam subducens : *avanci vno et 78. 100c)* hic vero significat dumaxat cognitionem, si dogma animo conceptum, sed & affectionem animi ; binc prefavora, que non est narratio dumaxat sententiae, sed & affectionum (in adperendo & adverfando, prout ego quidem mentem autoris in terpretor). Nam de ipso animo, ipsique animi facultatibus sermonem esse inde colligimus, quod postea demum operationis cuiusdam animi (& speciatim intellectus) mentio fiat, ubi hic iam renovatus existere cœpit.

§. 21. Utrum vero, cum de ipso animo sermo fiat intellectus, an torus animus, isque æqualiter, s. eminenter juxta alterutram ejus facultatem h. l. rite subsumatur, ex tex-
tu dijudicemus. Respectu renovationis possibilis omnis est ex-
plicatio. B. LUTHERUS significatum intellectus proprium
retinet teste LVTKENIO (kkk), cum quo consentit LAU-
RENTIUS (111) der Sinn, inquiens, ist die Kraft der Seele,
durch welche der Mensch die ihm vor kommende Dinge
begreissen, erkennen, und verstehen kan. Ast pro scopo A-
postoli

Quid 185 b. I.

D 3

(iii) ad paraphrasin Hammond. N. T. b. l. pag. 92.

(kkk) in den Epistel Predigten Dom. 1. post Epiph. p. 258.

(111) in der kurzen Erklärung des Briefes P. an die Römer b. l.
pag. 442.

postoli malim adoptare tropicam vocis significationem, & complexe totum animum sub eadem intelligere. Est enim PAULUS Apostolus v. 1. in eo, ut justificatos Romanos adhortetur, velint totos se DEO in sacrificium offerre, i. e. quoad animam & corpus cultum DEO debitum præstare. Hoc vero ut feliciter perficiere queant, admittere eos debere SPiritus S. renovantis auxilium v. 2. nostro monet, qui in animam formam transformatos reddat voluntatis divinae intelligentes, ita tamen, ut postea etiam ejus amantes executioni eam dare, siveque ipsis operibus finem præscriptum obtentum declarare possint. Hic igitur sensus absolutior, & cum thesi proposita apprime cohaerens merito præfertur illi, qui ex proprio vocis significatu efficitur. Est is: Vos Romani conversi exhibeatis vos DEO sacrificium, scilicet per animam & corporis actiones cultum DEO debitum exsequamini: hac vero fini SP. S. admittatis, qui in opere renovationis intellectum vestrum viribus cognoscendi supernaturalibus magis magisque exornet, ut intimius cognoscere & dijudicare quaevis voluntatem divinam de cultu isto digne perficiendo. Hic enim duæ, qua suppleri necessario debent, propositiones, altera: siveque eam adprobabis cum decreto conformiter huic vos gerendo, altera: atque tum ipso opere eam perficiatis, hostia viva, sancta, & DEO benelicens evasuri, prorsus ferrent alienæ, nec aliquid haberent in textu fundamentum, si renovatio intellectus tantum commendaretur. Quod autem ad questionem attinet, utrum æqualiter ambas animi facultates, an alterutram præcipue Apostolus indicare voluerit, me judice respondendum est, alterutrius facultatis, sigillatim cognoscitivæ potiorem h. I. haberi rationem, siquidem hujus operatio in sequentibus comprobatur.

Nec operari. S. 22. Dum vero nec operari ab Apostolo allegatur, Romani, iisque conversi & justificati hoc pronomine insinuantur. Quomodo ergo regeneratorum & justificatorum se habeat animus, statim indicandum est. Generativum est animus, primis gratiæ supernaturalis viribus, repugnantia naturali & mortali

rosa expugnata, in illuminatione, conversione, regeneratione collatis instructus, sed eo nondum eluctatus, quo virium datarum usu, earumque incremento novo & ampliori sensim eniti potest: Speciatim in illuminatione luce quadam spirituali perfusus, sed nondum ab omni ignorantia, errore, aliquis intellectus virtutis, quae exi possunt & debent, immunis: in conversione ad agnitionem peccati quidem doloremque de eo seruum deductus, sed ad ulteriore profundioremque reatus culpare & penae revelationem & transgressionum detestationem in poenitentia quotidiana adhuc deducendus: in regeneratione fiducia quidem CHRISTI meritum apprehendente donatus, sed in recumbentia illa practica magis confirmandus & corroborandus: in renovatione sanctitate quidem interna exornatus, sed ad habitum internum, & exercitium B. O. externum adhuc excitandus & provehendus.

s. 23. Atque hinc confar, quam ob causam Apostoli Romanos, et si jam regenitos, justificatos & inchoative renovatos alloquatur: μεταμορφώσεις εν ανακαίνωσει τον νοόν, transformemini renovatione mentium vestiarum. Vulgata convertit: *in novitate*, sed minus recte, quia hoc vocabulo plane non actus, sed status renovationis exprimitur. Est autem *anakanwosis* ab *anakanwō* & hoc iterum ex *ava*, & *kanwō*, quod à primitivo *kanwō*, descendit, *kanwō* notat novum quacunque ratione: *kanwō* in N. T. nusquam legitur, *anakanwō* tamen bis reperitur 2 Cor. 4, 16. Col 3, 10, proprie significans vetera, quae verustate detrita sunt, aut aliunde corrupta instaurare, & in pristinum statum restituere, vel ita, ut instauratio & restitutio pristinam novitatem prorsus exæquet in subiecto instaurando, vel saltē ad ejus exemplum inæqualiter ratione peragatur: & *anakanwosis* igitur est actio, qua hæc instauratio procedit. Præpositio vero *ava* iterationem involvit: quem iterandi significatum eidem, in compositione spectata, saepius competere nemo lingua Graeca peritus ig-

rat,

rat, & hic obtinere nemo nisi Socinianorum & Arminianorum aliquis inficias iyerit, de quibus mox.

*Quoad rem
Ioh. 3. 3.*

S. 24. Seilicet ut ad rem ipsam, quæ *avancavatose* voce comprehenditur, accedam, qua ratione ea in regenerationis & justificatis peragatur, paucis exponendum est. De renovatione eorum, qui jam regeniti & justificati, adeoque & inchoative renovati sunt, cum sermo sit, facile adparet, alias hic esse partes DEi, qui, ut vires sancte vivendi largitur, ita easdem subinde novis accessionibus confirmat. & auget: alias autem hominis, qui virtute fidei jam operosæ, DEI inhabitantis, & primæ sanctitatis collatae DEO cooperatur, vires pri- mas non otiosas relinquunt, sed diligenter adplicat, & novas quotidie vires à DEO accipiens, recipiens, admittens, ex virtute five intellectus, s. voluntatis semper progreditur: omnia autem eo tendunt, ut quoad in hac vita fieri potest, tenebrae pellantur, concupiscentiae pravae subigantur, lux vero spiritualis, fiducia in CHRISTO, sanctitas habitualis & actualis nunquam non crescant, & vires eundo acquirant. Atque sic quidem animus renovatus in pristinum statum, quoad ejus in hac vita fieri potest, deducitur. Novimus enim in prima rerum creatione DEUM hominem produxisse cum imagine divina, i. e. habituali ipsius, ut & boni malique cognitione distincta, voluntatis sanctitate, quæque exinde sequitur, adpetitus sensitivus cum sanctis voluntatis inclinationibus conformatioне exornatum, sicut finis ipsius, quem in homine formando sibi præstiterat, exigebat, ut adeo vires amplissimæ ipsi suppetierint quoad omnes animæ facultates. Hæc DEI imago ad omnes ex ipsius sanguine procreandos pertinuit, ita ut ad singulos, simulacra existere inciperent, actu transire deberet. Sed perdidit imaginem divinam Adamus, cumque eo universum genus humanum, totaliter quidem, nullis plane viribus concreatis relictis, nisi juxta Pontificios statuere velis, liberum arbitrium in spirituilibus remansisse, læsum licet, at non extinctum contra 2. Cor. 3, 5; Ioh. 6, 44. postmodum instauratur in hoc vita, post lar-

gitio-

gitionem virium intellectus ad cognoscendum in illuminatio-
ne; post collationem virium aversandi malum egregie haſte-
mus deamatum in conversione, virium amplectendi objectum sal-
vificum, CHRISTI meritum, in regeneratione, in sanctificatione
tum inchoative per collationem virium primarum sancte viven-
di, quam continuative per augmentationem virium omnium ha-
ſtemus quoad initia concessarum, in quantum nimirum illa cum
his, quæ homini post lapsum infunt, convenient. iisdemque ve-
re respondet Hanc enim animi renovationem secundum imagi-
nem divinam fieri scriptura paulo clarius edidit Ephes. 4, 24.
coll. Col. 3, 10, ubi renovari i. e. novum hominem induere
jubemur, qui creatus vel reparatus sit ad cognitionem (respe-
ctu intellectus), in justitia (respectu voluntatis), in sanctitate
(respectu appetitus sensitivū) καὶ Θεον, vel καὶ ειναι τῷ
πλοτῷ αὐτῷ, secundum imaginem creantis eum, non ali-
ter, quam in Adamo primo reperiundam. Frustra objicitur,
imaginem DEI non posse recuperari, E. nullam animi esse
αναγνώσων secundum imaginem divinam. Non enim illa
tantum fieri censenda est, quando animus æquali perfectionum
gradu, ac in statu pristino, ubi imago divina vigebat, exorna-
tur, sed etiam quando quacunque ratione pristinum decoren-
cipit, qui in substantialibus imaginis divinae partibus consi-
stit. nec ideo abesse dici potest, quod graduum disparitas sit in
uno, quam altero major, vel minor, s. inæqualis.

S. 25 Sociniani imaginem divinam sensu nostro & bi-
blico negantes non possunt non hic dissentire, cum quibus
eadem hic, ut alias, ribas inflant eorum simiae, Arminiani.
Utrique hinc αναγνώσων τοις non de instauratione vel re-
stitutione mentis in pristinum statum interpretantur, sed de
nuda correctione & à vetustate peccati liberatione. Testem
producam ex Arminianis LIMBORCHIVM (mmm), ita dis-
ser-

Continuat.

E

ren-

(mmm) Comment. in acta Apostol. & epp. ad Rom, & Ebr, b. 6.
p. 462.

rentem : cum autem (Apostolus) menti tribuit renovationem, inde non recte insertur, mentem aliquando in eo statu fuisse, ad quem nunc renovatur, sed renovatio illi tribuitur solummodo cum respectu vetustatis peccati. in qua hactenus vixit. Quicquid enim è statu collapse erigitur, dicitur renovari & restituī, non habito respectu ad statum, in quo fuit, antequam collaboretur: potest enim & in meliorem, aut minus bonum erigi, & nihilominus dici renovatum, aut restitutum, quia è corruptione sua erectum est. Eodem modo tribuitur menti renovatio, quia liberata est è vetere statu peccati, & erecta in novam illam vivendi rationem à Christo introductam, quam certum est nunquam antea in mundo obtinuisse. Scilicet negant, imaginem divinam constitisse in cognitione intellectus, in justitia & sanctitate partium facultatis adipitivæ, quin potius eam ad dominium in creaturas, & ipsam facultatem rationalem tantum referunt. Quia vero dominium istud & facultas rationalis per lapsum non sunt amissa, nec imaginem divinam amissam esse sibi persuadere possunt. Ubi vero nulla datur amissio, ibi nulla quoque locum habere potest redintegratio. Ex quo fit, ut redintegrationem status integri, h. e., ut diximus, status, quo anima hominis imagine divina decorata fuit, quam per avancavatoris ratione designari antea monuimus, nec admittant, nec per avancavatoris, stantibus hypothesis illis præjudicatis, intelligere queant, sed ejus loco aliam comminiscantur animi emendationem, & ex peccati vestestate erectionem, quæ non ad imaginem divinam imitandam pertineat, sed ad novum vitæ genus à CHRISTO introductum. Sed cum hæc exegesis innitatur principiis falsis & perniciiosis, à Theologis nostratisibus sèpe solideque destructis (nnn), ex refellendæ, non est, quod operam aliquam insumam.

*Renovatio
modus trans-
formationis.*

S. 26. Modum transformationis spiritualis hac avancavatori indicari, plurimis commentatoribus observatum & persuasum est.

(nnn) vid. b. CALOVIVS Socinismi proflig. sect. IV. artic. I. p. 233. 235. & consideratione Arminianisui c. V. quæst. 16. p. 164. & D. D. ZELTNER breviar. Controversiar. cum Remonstranz. quæst. XVI. p. 120. sqq.

est. Nam quo magis animus indies renovatur, eo magis veteri forma oblitterata nova paulatim inducitur & succrescit. Quidam vero medii ad instar illam habent, quasi per renovationem mentis transformatio in homine perficiatur, oppositam schematis mundani rationem inuuenis. LAVRENTIVS
 (ooo) Die Sache selbst, inquit, ist: verändert euch, werdet ganz anders in euren Gedanken, Worten und Werken, weder ihr zuvor gewesen seyd, noch als die Unbekleidten vorizo sind. Das Mittel hiezu zugelangen ist die Verneurung: Verändert euch durch Verneurung eures Sinnes. Non magnam quidem quoad rem hic dissensu discrepantiam parit, at posterior tamen sententia magis mihi videtur contorta, nec aquae ac prior connexioni verborum contulere. Distant enim à scopo, & orationem, sequentis commatis parenthesi quadam, nimium distendit.

§. 27. Pervestigato integræ propositionis sensu, questiones, quarum supra mentionem injeci, discutiendæ adhuc sunt: Utrum enim hæc transformatio substantialis, an accidentalis, scilicet essentiæ, an qualitatum extraessentialium mutatione absolvatur, disputatur. Non aliam, quam accidentalem in hoc negotio patitur analogia fidei & scripturæ, nec aliam textus noster admittit. Quæcumque enim transformatio in animo hominis sit, tanquam in subiecto, ita ut non ipse animus qua facultates suas immutetur, sed novas tantum qualitates accipiat, respetu novarum virium cognoscendi, & adipendi bonum, aver-sandique malum spirituale, illa non est substantialis, sed accidentalis. Hac vero ratione μεταφορωσιν, quam PAVLVS postulat, fieri, ex eo adparet, quia επαναποτης τε νοοτος quæ non essentiam, sed qualitates hominis mutat, modum e-ius insinuat; E. nec est substantialis, sed accidentalis. Quapropter merito notantur a) FLACIVS, vel potius Flaciani, cum FLACIVS dextra scandalosæ locutionis explicacione di-

*Transforma-
tio acciden-
talis.*

E 2

scipu-

(ooo) l. c. pag. 442.

scipulos suos destituistis credatur. Hi enim cum P. O. substantiam hominis dixerint, potuerunt non co delabi, ut in sanctificatione ad abolendum peccatum substantiale transformationem requisiverint (ppp). *B)* Fanatici ad unum omnes qui DEI, vel CHRISTI ficationem mentiuntur. Supponunt namque, semen boni substantiale, quod particulam essentiae divinæ, nec non CHRISTUM internum appellant, ab optimo Creatore homini recto impressum: à diabolo vero homini lapsi semen oppositum mali, idque substantia e implantatum, & ad omnes ejus posteros diffusum esse. Quod dum in regeneratione & sanctificatione paulatim imminuitur, corruptitur, tandemque penitus destruitur, non potest non transformatione substantialis fieri, qua homo in DEUM aut CHRISTUM transit. *C)* CHRIST THOMASIUS, qui differentiam hominis regenit & irregeniti specificam statuit (qqq), qua quidem differentia admissa substantialis hominis irregeniti mutatio, que fundamenti loco substernitur, re ipsa introducitur. Nam differentia specifica non nisi inter ea intercedit, que essentialiter differunt. Quapropter dum illam adstruit THOMA IVS, substantialem quoque & substantiale mutationem & transformationem in regeneratione & sanctificatione statuat, necesse est.

Transformatio opus DEI. §. 28. Superest altera quæstio: num transformatio hæc in homine propria ipsius, an DEI, & aliena virtute perficiatur? Pelagiani, & quotquot horum castra sequuntur, ut alias naturæ tribuunt, quæ gratiæ debentur, ita & sibi ipsis virtutem in sanctificationis negotio se transformandi vindicant. Nos quidem confitemur, in sanctificatione continuata hominem DEO cooperari; sed quoniam SP S & vires primas, à quibus omnis operatio proficietur, largitur, & quicquid homi-

(ppp) Conf. HVNNIVM Comment. b. I. pag. 415. §1.

(qqq) Fuxa S. R. Di D. AEPINVM, Theologum exegesitoy. Patronum atque Preceptorum meum aeterna animi observantia demissi colendum, disp. de differentia hominis regeniti & irregeniti, mirum specifica sit, nec ne? §. IX.

homines cooperantur, non ex viribus nativis, sed dativis persequuntur, DEO in solidum hanc transformationem adserimus. Quicunque enim facultati intellectiva & appetitiva vires ad cognoscendum atque amplectendum bonum spirituale largitur, easque subinde auger & roboret, ille animum hominis renovat (per definit renovat.); Atqui DEVS largitur: E. DEVS animum hominis renovat. Minor propositio patet ex dictis scripture Eph. 1, 17. 18. Phil. 2, 13. Rom. 8, 14. Ulterius: Quicunque animum hominis renovat, ille hominem transformat (diximus enim, modum transformationis consistere ev *ανακαγωσει τοιοεντι*); Atqui DEVS animum hominis renovat (per praeced. syllog.); E. DEVS hominem transformat. Ut igitur actus *ανακαγωσεως*, quam explicuimus §. 23, DEI est, ita & *μεταμορφωσεως* quia illa in hac continetur. Potest etiam vox *μεταμορφωσης*, simplicissime converti: *verdet verum* ändert, vel, *lasci euch verändern*, ut omnis hujus transformationis & renovationis gloria DEO relinquatur.

§. 29. Duabus prioribus commatis nostri propositionibus declaratis, excutienda est tertia, quæ logice quidem secundæ eius, innectitur, sed re ipsa novam constituit propositionem: *eis rō dōxiparal ev vrias, ad probandum vos*, i. e. ut probetis. Particulam eius Infinitivo h. l. junctam connexivam facit SYRVS juxta versionem: *& distinguite*, cui adstipulari videtur HEMMINGIVS (rrr), cum textum nostrum æqualiter in tres dividat partes, quæ oblationem nostri juxta v. 1. cap. hujus absolvant, & quarum prima sit: ne accommodemus nos huic sæculo, secunda, ut transformemur novitate sensus nostri, tertia, ut probemus, quæ sit voluntas DEI, ita finiens: *observetur hic definitio oblationis nostri cum suis partibus, atque adeo nova regenerationis, unde fructus reliqui pietatis tanquam ex fonte manant.* Sed vix ex quodam scripturæ loco hunc particulae sensum demonstrari posse arbitror, nec ratio quedam jubet, cur eum h. l.

E 3.

ado-

(rrr) *Comment. in omnes epp. Apostolor. pag. 123.*

adopteimus, siquidem retenta consveta significatione cuncta planissime fluunt. B. GLASSVS (sss) duplcam aliam partculæ usum adfert his verbis: *eis cum Infinitivo ponitur pro iwa*, ut Rom. 4, 18. vel pro *ωσε*, ut *consequentia innatur Rom. I, 10*, Hebr. II, 3. Uterque huc applicari posset, & idem ex utroque sensus elici. Sed prior est prior, qui significarum causalem *της ιωα* infert. Designat enim scopum transformationis, s. causam finalēm, ob quam renovatio mentis fieri debeat, quæ est *δοκιμασια θεληματος της Θεου*. Non autem nudum denotat consequens, nisi simul ejusmodi consequens intelligatur, quod intenditur, adeoque cum fine coincidit, quod tamen remotius est. Si enim pro *ωσε* acciperetur *το εις*, hic sensus prodiret: transformemini renovatione mentium vestiarum, quo sit deinde, s. ex quo consequitur, quod probetis &c. At PAVLVS intendit probationem voluntatis DEI, tanquam mediua perfectum & unicum oblationis spiritualis v. 1, exsequendæ, quod cum apertum sit, pro fine magis, quam pro nudo consequente renovationis ea cœnenda erit. Bene b. LVTHERVS: auf das ihr prüffen möget, & BEZA: *ad hoc, ut probetis*,

*Homonymia
verbi δοκιμαζειν*

s. 30. Verbum *δοκιμαζειν*, quo PAVLVS utitur, πολυτηριον est (ttt). Proprie de metallis usurpatur, quæ probantur per ignem, an sint bona & pura 1 Petr. 1, 7; hinc per metaphoram ad alias res translatum significat explorare, examinare,

(sss) Philol. s. pag. m. 1075.

(ttt) v. S. R. D. D. KLAWSING de *δοκιμασια παντων* ex 1 Thess. 5, 21. §. 5. sq. p. 20. sqq. ubi inter alia hac observat: vocabulum *δοκιμαζειν* non significat superficiariam aliquam alicuius rei cognitionem, sed maxime sollicitam considerationem, atque explorationem, que suscipitur cum omni studio atque industria, per examen omnium argumentorum, & discussionem eorundem, cum iudicio mentis reflexo ad omnia, & antecedentia, & consequentia Luc. 12, 24. ad rem ipsam, & rei modum, omniaque denique & singula, que ad scrutinium atque investigationem veram alicuius rei spectant.

minare, dijudicare, discernere. Ita probari dicitur doctrina per ignem tentationum & tribulationum, num sit bona ac vera 1 Cor. 3, 13; spiritus, an sint ex DEO 1 Joh. 4, 1; facies cœli ac terræ, qualis secutura sit tempestatis mutatio, tempus. que adventus Messiae, qua varia habebat signa à Prophetis prædicta Luc. 12, 56; DEVS, quando tentatur ab hominibus, num hæc vel illa facere possit Hebr. 3, 9; Sic homo ad s. cœnam accessurus juberet probare se ipsum, h. e. se ipsum examinare juxta ea, quæ in homine s. cœna recte & utiliter usuro adesse aut abesse debent 1 Cor. 11, 28; probare se, h. e. examinare, an sit in fide 2 Cor. 13, 5. per metonymiam notat a) facta probatione, discussione & dijunctione agnoscere, quæ aliis præstent ac præferenda sint Rom. 2, 18, Phil. 2, 10, quid sit acceptum Domino Eph. 5, 10; (B) experiri, aliquem se talem habere & gerere &c. 2 Cor. 8, 22; γ) testimonium dare alicui, quod talis sit 1 Cor. 16, 3; δ) adprobare, comprobare Rom. 1, 28, c. 14, 22. 1 Theff. 2, 4, 1 Tim. 3, 10, & cōmente SEBAST. SCHMIDII Gal. 6, 4: unusquisque *prober* opus suum, h. e. ita benefaciat, ut ab ipso in primis DEO probetur ac adprobetur. Conf. STOCKIUM (uuu). Postremum adprobandi significatum maxime frequentem esse testis est SCAPVLA, qui proprium illum vocat, scribens (www): *proprie adprobo, utpote perspectum;* & cl. M. CAROL. HENR. LANGIVS (xxx). Hinc Glossæ; *δοκιμάζω, adprobo, aestimo,* examino, probo, perpendo (yyy). Nec minus celeb. WOLFIVS (zzz) *verbum δοκιμάζειν*, inquit, *tum in N. T. tum alias significat probare, explorare, inquirere, tum vero etiam adprobare, recte estimare.*

S. 31.

(uuu) Clav. lingv. f. N. T. p. 312.

(www) Lex. Græco pag 414.

(xxx) Observatt. sacris p. 298.

(yyy) vid. SVICERVS thes. Ecel. T. I. p. 937.

(zzz) Cor. Philol. & Crit. in IV. priores S. Pauli epp. p. 32.

*Significatus
animam?*

§. 31. Si quæras, quinam ex recentis significatiōnibus textui nostro accnmmodari debeat, plerique respondent interpres, non aliam magis ei convenire, qm̄ eam, quæ determinetur per vocabulum *vsg*, hoc est, notionem agnoscendi & adprobandi simul. Qualis enim *vsg*, talis quoque esse debet *doxipatia*, quæ ut actus mentis ab hac proficitur, & renovationis, quæ in mente requiritur, finis & effectus est proximus & immediatus. Cum igitur *τὸν νόμον* nomine totam animam, s̄ utramque ejus facultatem comprehendendi credant, *doxipatia* etiam tam pro cognoscendo, quam adprobando, simul capi debere sibi persuadent, ita tamen, ut quilibet actus ad eam referatur facultatem, quæ ipsum producit. Infinitam tantisper eorum vestigiis, & de *doxipatia*, tanquam actu utriusque animæ facultatis, nonnihil edisseram.

Conciusatio.

§. 32. Scilicet *τὸν νόμον*, ad quod comparata est renovationis mentis, quatenus ad actum intellectus respicitur, complectitur non tantum considerationem exactam, sed quam maxime cognitionem exquisitam & uberem. Liceat enim homines illuminati, qui nec regeniti, nec renovati sunt, ex verbo divino, per gratiam SPIRITVS, scrutando & meditando non solum primas veritates, quæ ad pœnitentiam producendam & fidem gigendam faciant, recte capere possint; sed & potentes in scripturali voluntatem Domini investigare, probare, declarare, aliasque divinæ menti conformiter expōnere queant Rom. 2, 18 sq., renovationis tamen hic est fructus, ut auctis intellectus viribus, & remotis, quibus irregeniti haud raro retrahuntur, voluntatis impedimentis, promtius augeatur noritia & adsensus, illa quidem uberioribus & distinctioribus conceptibus; hic ampliori certitudine & convictione Phil. 1, 10. Col. 1, 9, 11. Eph. 4, 13, 14. & Petr. 3, 18. Quantum vero ad facultatem adpetitivam, hujus actus, quem *τὸν νόμον* postulat, consistit in adprobando, quod representationem rei adprobandæ sub ratione boni ab intellectu factam necessario prærequisitum, imo jam præcessisse testatur. Est autem

autem adprobatio primus gradus, quo ad exsecutionem boni perveniri debet. Quando enim intellectus bonum aliquod sedulo considerat, bonique rationem in eo interna animi convictione deprehendit, voluntas primo quidem illud adprobat, i. e. in illud fertur, & in illius dulcedinem, quam bonitas cognita operatur, adducitur. Itaque divinæ voluntatis adprobatio nil est aliud, quam internus ille facultatis adperitivæ motus, quo voluntas divina eidem se tanquam bonum commendat & placet; ex quo ulterius studium & decretum illam exequendi elicetur, prout semper in nobis observamus, quod in nobis quædam representatio boni sensum jucunditatis excitet, eoque nos inclinet, ut s. leniter s. vehementer id expertamus, confessemur, & cum illo uniti optemus conf. Psalm. 119, 13-16. Quando vero tam cognitionem, quam adprobationem frustus mentis renovata dixi, secundum quid id intelligendum, secundum majus & minus, secundum gradus cognitionis, convictionis & adprobacionis, non autem simpliciter, quia illuminatio seorsim spectata, & à regeneratione & renovatione abstracta homini largitur vires, & voluntatem DEI cognoscendi. & ejus monitis, tanquam veris justis, æquis, & bonis adiutandi, sicque eandem adprobandi. Ceteroquin enim nec contritionem, nec fiduciam in homine existere posse, quis non videt?

S. 33. Quibus observatis sensus verborum ita fueret: *Ülterior. conve-*
*Vos Romani conversi transformemini renovatione mentium
 vestrarum, i. e. indies pristina forma detrita novam induatis eo
 ipso, dum renovantur mentes vestræ, i. e omnibus à DEO in
 renovatione prima concessis viribus diligenter utimini, DEO-
 que, s. SP. sanctificanti nullum obstaculum ponatis, quo fa-
 cultatibus mentium vestrarum, cognoscitivæ quidem & adpe-
 titivæ, novas subinde vires ingenerare possit, ita ut intellectus
 vester, veteris impotentia & repugnantia cognoscendi reliquias
 (tanquam vetusta forma) magis indies exutis, accipiat majorem
 res spirituales perspiciendi virtutem, & facultas adperitiva re-*

E

liquit.

liquis non minus veteris inidoneitatis & reluctantiae ad amplectendum bonum spirituale (tanquam hujus vetusta forma) abolitis, vires majores ad illud cumni nisu & impetu profundum intra se recipiat, hac scilicet fini, ut 1) per illam cognoscendi virtutem agnoscere non solum possitis, sed (cum omnis vis conatum agendi importet, & vires spirituales pariter otiosae non sint) actu agnoscatis voluntatem divinam absque omni hæsitatione plene convicti, & sub ratione boni insimul eam vobis representantes, 2) per illam facultatis adpetitiva virtutem ad amplectendum bonum spirituale hanc non solum possitis amplecti, sed ipso opere amplectamini i. e. magis magisque eam adprobetis, vos ad illam, tanquam distincte bonam cognitam, inclinando, & constanti decreto componendo, in lucta carnis & spiritus superiores facti. Quo facto divinis iussis prompte obtemperabis, voluntati divinae vestras actiones sollicite conformabis, DEOque cultum placentem, gratumque (qui ultimus adhortationis scopus est v. 1.) praestabis.

Aliæ adhuc sententie.

S. 34. Haud sufficere hæc nonnulli opinantur, sed actibus cognoscendi & adprobandi ex viribus intellectus & facultatis adpetitiva, per mentis renovationem instauratis, derivatis ipsam adjungi cupiunt voluntatis divinae cognitæ & adprobatae executionem; ita v. g. HENNINGES (aaaa), quem vide. Alii actualem tantum divinae voluntatis executionem, quæ in piis institutis & operationibus conspicitur, adlegendi; ea vero, quæ de viribus cognoscendi & adpetendi in superioribus dixi, & quæ de intellectus cognitione & facultatis adpetitiva adprobatione & adpetitione haec tenus allata sunt, in renovata mente supponentes; ita CALIXTVS statuit (bbbb) scribens: *ut probetis et; ut reapse scilicet et facto voluntatem Del cupiditatibus vestris anteratis, et faciatis, quod ei placet et perfectum est* (cccc).

Alii

(aaaa) Diff. cit l. c. p. 147.

(bbbb) expos. liter. epist. ad Rom. p. 102.

(cccc) Consentit SCHOMERVS l. c. p. 59.

Alii per experiri explicant το δοκιμαζειν, quasi dicatur: renovemini mente vestra, i. e. emendemini intellectu & adpetitu vestro actu cognoscentes, & adprobando adpetentes, effective quidem, i. e. non solum adpetentes, sed etiam perficienes bonum spirituale, ut sic experiamini, & in ipsis vobis apprehendatis voluntatem divinam bona n., beneplacentem & perfectam. I. quænam sit bona. I. quatenus sit bona &c. Posteriori ferme modo præteritis reliquis STEPH. DE-BRAIS loquitur (ddd): quod plane necessarium est (ut renovimini mente vestra), ut res DEI voluntate imperatas prompto atque alacri animo admittere, admissaque, quales in se sunt (b. e. utilitate, jucunditate, honestate) que perfecta prædictas non opinari modo, sed etiam sentire atque experiri queatis. nam qui rebus istis adsuefactus non est, nunquam eis delectatur: temperantia, humilitas, pietas &c. non possunt non dura videri homini, qui intemperanter, superbe, profane se gerere solet. Virtutum quamvis suavissimarum uisus demum conseruidine dulcescit, & ea demum vera est, DEO-que probata pietas, quæ non solum opinioni arbitratur, sed etiam animi sensu atque opere ipso voluntatem DEI non minus utilem & jucundam, quam sanctam & pulcram experitur.

§. 35. Mea quidem sententia, ut hanc paucis declarem, *Decisio.* verbum δοκιμαζειν vere & principaliter actum intellectus exprimit in explorando, cognoscendo & dijudicando, qua uberiores, quos jam indicavi, cognitionis gradus. Nam in proxime sequentibus, ubi objectum δοκιμασις adlegatur: τι το δεληγεται η οτι &c, το - i est interrogativum; id vero, si ab experiendi significatu discelleris, qui tamen h. l. commode vix eligitur, nullum alium, quam quem diximus, verbi sensum permittit. Non enim vel adpetimus vel exsequimur, quid sit voluntas DEI? sed quid & quænam sit? exploramus, & explorando cognoscimus atque dijudicamus. Neque complexam verbi significationem complexa illa τη νοοει postulat. Novimus

mus enim ex consveto loquendi genere, subiectum aliquod propositionis saepius esse terminum compositum & prædicatum ideam simplicem, cum alterutra tantum subiecti parre per se & necessario nexus cohærentem; v. g. quando dicitur: homo cogitat, homo est mortalis. Consumili ratione simplex idea τὸ δοκιμαστέον ad alteram subiecti, τὸ νόος, partem pertrahi debet, ad intellectum scilicet, ad quem sua natura referenda est. Sic omne dubium evanescit. Ceterum quando τὸ δοκιμαστέον vere & principaliter actum intellectus designare docui, eapropter actum facultatis adpetitivæ in adprobando, quin ipsam boni spiritualis exsecutionem, quæ hinc consequitur, penitus non excludo. Id tantum innuo, Apostolum proxime & immediate actum intellectus respexisse, licet consequenter & mediate, mediante scilicet hoc, considerandus etiam veniat actus adpetitivus, & exsecutio boni, quod omnino largior. Deinceps quando intellectus actum per cognitionem & dijivationem sum interpretatus, probationem & explorationem tanquam antecedens suppono, sine quo nulla cognitionem & dijicationem fieri potest, sicut & in ea quoque fructus renovationis se prodit, quæ hominem ad actum explorationis, qui ab irregenitibus in actionibus propriis raro, & plerumque haud sincere & serio exercetur (eeee), diligenter, prompte & secundum verbi divini præscriptum candide instituendum disponat, perficiat & impellat. Sed satius habui, actum principalem, propter quem fit exploratio, scilicet cognitionem & dijivationem respicere, quam antecedentem, s. explorationem, ut eo expeditius cum propositione principali v. i. hanc δοκιμασιαν connectere queam.

Error eo-
rum, qui de-
pendentiam
dijicationis
mis à pietate
statuunt.

S. 36. Quæ cum ita sint, nullam hic video causam, quæ in illorum me partes pertrahere possit, qui cognitionem voluntatis divinae, saltem exactiorem, ab exercitio pietatis repetunt. Hi renovationem, quæ partim in collatione viriuna ad actua-
les

ccccccc Conf. BVDDEI Theol. Mor. p. 295. §. II. III.

les postea effectus edendos adplicandarum, parium in ipsorum virium usu consistat, supponentes, τοι εγενονται capiunt pro altera animi facultate, eaque adperit va, quam renovari ajunt, quando illa vires ad bonum spirituale prosequendum, s voluntatem divinam amplectendam comparatas ex gratia SP. S. cooperante reipsa sanctitatis exercitio adhibet, admoveat, actiones voluntati divinae conformes perpetrando. Atque hoc eum in finem dicunt fieri, ut DEI voluntas haec, quam factis dudum expresserint, intellectus ope vel plane, vel exactius explorari atque cognosci non solum possit, sed in ipsis etiam actionibus specialiter actu cognoscatur. Adseri huic testes habeo BERLENBURGENSES (ffff : die Frucht der Erneurung (in der Gleichförmigkeit mit der Welt, und den Gemäß bezeigen nach seinem neuen Stande juxta antegressa) ist, daß man richtig wird zum prüfen :: diese Sache wird esst übergangen. Die gelehre bookstäbliche Welt bildet sich ein, zur Prüfung sey sie allein geschickt, warum? sie haben die Grammatic und Logie gelernt; aber es geht hört was tieffers dazu; das wäre ein recht fanatischer Geist, wenn man sein Köpfchen so klug wollte halten, wäre der nicht ein rechter rationalist? teutsch stolz, lateinsch stultus? In der der Welt kriege man lauter Lies bel vors Gesicht, daß man nichts prüfen kan: dars um muß die Verlaugung der Welt vorher gehen, wenn man dazu kommen soll, daß man ihre Gestalt und Figur nicht annehme: die verblendet sonst. Die geistliche Prüfung hat nicht statt vor der Wiedergeburt: man sollte sich das nicht so lassen beybringen. Et cetera Pariter D. IOACH. LANGIVS scribit (pppp) : ein aufgesklärtes Auge zur genauen Einsicht und Prüfung des Willens Gottes ist eine Frucht von der Aufopferung gegen GOTTE, von verleugneter Gleichstellung

F 3

der

(ffff) bibliis vernaculis b. l. p. 316.

(gggg) im Apostolischen Recht und Recht b. l. p. 148.

der Welt, und von der fortgesetzten Erneuerung des Sinnes; fehlet es dir nun hieran, so ist es kein Wunder, daß du in Prüfung des göttlichen Willens, und in Beurtheilung göttlicher Dinge und geistlicher Sachen noch so gar blind bist, oder dir doch davon nichts, als nur dloß buchstäbliche, und dazu in so manchen Stücken ganz unrichtige ideen oder concepten macheſt. Die wahre Erleuchtung fänget mit der Heiligung an, und kommt auch mit dieser zum Wachsthum. Ein unveränderter Sinn ist nicht geschickt geistliche Dinge geistlich zu erkennen. Neque dissentit D. SPENERVS (hhhh): *vetus homo carnalia desideria sectans non percipit voluntatem divinam. Scatim itaque incipiendum nobis est ut carnales cup dicates oppugnemus, s ut CHRISTVS dicit, nos abnegemus, ut possea divinam voluntatem cognoscere valeamus. etiam mundo conformari non debemus, id enim si fecerimus, non cognoscemus voluntatem DEI quanto magis vero a mundo recessimus. Et a malitia ejus abstinerimus, tanto majora incrementa in cognitione voluntatis divine habebimus.*

Confutatio.

§. 37. Generatim adversus hæc quædam nonuisse sufficiet. Vel adversarii credunt, facultatis adperitivæ vires ad amplectendum bonum spirituale, vel, quam pono, omnimodam vitæ sanctitatem causæ instar se habere, quæ influat in cognitionem intellectus, ut effectum, reali causandi actu à se producum, aut eam tantum ut requisitum hominis cognitioni spestant. NB propter quod intellectus cognitionis succedat, s. in quo ratio continetur, cur haie potius subjecto beneficium cognitionis contingat, s. absolute, s. respective talis, respectu graduum ejus ulteriorum. Prius est absurdum & contradictorium, tantum abest, ut cum notionibus cognitionis & sanctitatis consisteret, aut concepi ab homine sane mentis possit; Posterior est falsum. Nam quod ad absolutam cognitionem attinet, datur ea,

(hhhh) l. c. pag. 20. sq.

ea, prouti est spiritalis, vere in homine irregenito, quatenus ex scriptura s. hausta est, eidemque congruit, Luc. 2, 47. Jac. 4. 17, siquidem gratia Sp S illuminante verum scripture sensum animo complectitur Num. 24, 15, 16, coll. 1 Cor. 2 14, unde eadem & ipsius & aliorum conversioni tanquam unicum & proportionatum medium destinata est, & inservire potest Acto 26, 18, Apoc 3, 2, 3. Quod autem ad ubertatem cognitionis spectat, illa quidem cum quadam prærogativa præ irregenito existit in regenito, qui per renovationem mentis vel vires recepit sancte vivendi, vel ipsam vitæ sanctimoniam exercet, sed nulla veritatis specie probabitur, propter has sancte vivendi vires, vel vitæ sanctimoniam actualem. illam cognitionis ubertatem concedi, cum potius alio adhibito respectu fluat ex augmentatione virium cognoscendi intellectui hominis justificati itidem a DEO concessa, quæ licet cum viribus facultatis adpetitive arctissime cohærent, per rei tamen indolem ita distinguendæ sunt, ut suum unicuique tribuatur, & effectus quilibet ad proximam & propriam, quæ eum producit, causam revocetur, proxima illam relatione attingens, & existere propter illam dicenda. Neque enim amplior cognitionis copia posterior sanctitate vitæ esse potest, quia ex perpetuo naturæ ordine eam antecedit. Quos simus enim sanctiores, eo siamus intelligentiores, quo magis virtutum studiosi, eo magis earum gnari. Sensus est: Der erneuerte i. e. (juxta mentem adversariorum), heilige Mensch erkennet war der Willen Gottes, aber nicht darum, weil er heilig ist, erkennet er ihn, sondern, weil bey der Heiligung des Willens die Erneuerung des Verstandes, sich zugleich findet, ja diese vor jener hergehet, erkennet er ihn deßwegen, weiter einen erneuerten Verstand hat, ja seine Heiligkeit gründet sich in solcher Erkenntniß seines Verstandes. Ceterum in Textu nostro mendacii Pieristici præsidium nullum inveniri, cum res complexe totam animam denotat, peregregie ostendit Magnif. D. D. ENGELCKEN (iiii), cuius

etiam in der heiligen Gabbahe. Lust 1, 6, p. 38. /q.

cujs hæc sunt verba: *Quando Apostolus subjicit, renovationem
mentis eum in finem suscipiendam esse, ut voluntatem DEI pro-
bemus, videbatur primore intuitu Pietatis applaudere, docen-
tibus, regenitos saltē & pios voluntatem divinam iussaque DEI
cognoscere irregenitorum notitiam de DEO ac rebus divinis non
esse veram sed falsam. Enimvero omnis species evanescit, modo
advertisatur, voce voos s. mentis b. l. animam denotari, quoad
omnes ipsius facultates, intellectum puta, voluntatem ac adipeti-
tum sensitivum, que significatio etiam obtinet Rom. 7, 25. Hoe
supposito, manifestum evadit, ipsius quoque intellectus renovationem
ineludi, vi cujs intellectus, sepositis pristinis ignorantia ac er-
rorum tenebris, nova donatur luce, ut DEV. 1 & res divinas re-
ete cognoscat 1 Cor. 2, 14, 15. Eph 5, 8. Col. 3, 10. Quid
mirum itaque, hominem bac ratione renovatum indies magis magis-
que explorare, quod DEVS obedientia mandatis ipsius praesita col-
velit.*

Error est-
rum, qui ex-
perientiam
principium
divinae vo-
luntatis con-
stituunt.

S. 38. Sunt alii, qui principium aliquod cognitionis vo-
luntatis divinae effingunt experientiam spiritualem. Hi ex
dicto nostro ita colligunt: justificati debent renovari mente:
quicunque mente sua renovantur, illi novas easque majores in
intellectu & facultate adipetitiva vires accipiunt cognoscendi &
adpetendi bonum spirituale; Atqui justificati: E Jam vires haec
spirituales non sunt otiosæ in homine, sed traducuntur ad actum.
In justificatis ergo fit idem, ita tamen, ut suspensi adhuc ma-
neant actus intellectus in cognoscendo, & hos præcedant actus
facultatis adipetitivæ ex virium applicatione exorti, & actus qui-
dem, non solum adipetitionis per adprobationem, electionem,
studium atque decretum exequendi bonum spirituale, sed &
ipsius executionis, qua effectus varios in anima emanantes.
Enim vero, per conscientiam sui homo eosdem in semetipso de-
prehendit, adeoque experitur, habet ergo experientiam ante co-
gnitionem intellectus, sed habet illam, ut nunc demum cognitio
sequatur inde derivanda, eaque plenior & uberior, siquidem ali-
qualis in non expertis dari etiam potest. Hoc sensu TÜBINGEN-
SES

SES kkkk scribunt: auf daß ihr prüfen möget, d i nicht nur ebenhin wissen, sondern durch die Erfahrung innerlich in dem Herzen aus dem fæst selbst beurtheilen nicht nur den Willen Gottes insgemein, und nach den ausdrücklichen in Gottes Wort enthaltenen Gesboten, sondern auch in den besondern Vorfällenheiten durch des Heiligen Geistes Erleuchtung und Leitung, was dem Willen Gottes gemäß sey, inne haben; und dieses ist eine Wirkung der Erneuerung. Denn obwohl die Erkenntnis des Göttlichen Willens auch vor der Erneuerung hergehet, so ist doch die vollkommenere, in der Erfahrung gegründete, geübte Erkenntnis eine Wirkung der Erneuerung, weilen diese immer wachsen und zunehmen kan und muß. At magnopere, qui ita sentiunt, falluntur. Falsam enim præstruunt hypothesis, quod actus intellectus suspendi possint præactibus voluntatis, & antecedere queat emendatio facultatis adperitivæ emendationem intellectus, quasi hæc ab illa dependeat. Dein frustra concludit: renovari debemus mente, ut consequamur experientiam voluntatis divinæ; consequimur vero experientiam, ut ex illa, *et per illam* perfecte agnoscamus, quid sit DEI voluntas. Nam PAVLVS quidem *δοκιμασται* commendat, non autem *δοκιμασται* per experientiam quod illi adsuunt: neque enim experientiam spiritualem ullo modo principium cognoscendi in sacris esse, ex infra dicendis constabit.

S. 39. Cognito actu, qui verbo *δοκιμαζειν* exprimitur, objectum illius, quod proxime subjungitur, expendi meretur: *η το θελημα το οει το αγαγεον κομη τελειον*. Omnis voluntas designat vel facultatem mentis adperendi & aversandi in supposito intellectu praedito, vel actum volendi, volitionem scilicet, desiderium, decretum, propositum &c, vel objectum voluntum, i. e. id, quod quis vult, ad quod terminatur alicujus voluntas, non quidem adæquatum semper & totale, sed etiam

G

quan-

θελημα
οει

(kkkk) *Bibliis suis b. l. p. 370.*

quandoque minus adæquatum & partiale, ad quod ita terminatur, ut fiat. Ultimo sensu h. l. capiendam esse voluntatem DEI, nemo abnegaverit. Sed duplex est DEI voluntas hæc, alia legalis de B. O. ab homine exercendis, & tota vita sanctimonia acquirenda i. Theff. 4. 3. conf. c. 5, 18. Eph. 6, 6; alia Evangelica, de fide & ejus fine Joh. 6 40. conf. i. Joh. 3, 23, ubi fides & opera, adeoque cum Evangelica legalis DEI voluntas conjunguntur. Legalis hic obtinet, quia de studio sanctitatis Apostolus præcipit quæ fide, licet prius præsupposita, circa mera opera versatur. Dissentient nonnulli, & utramque h. l. exprimunt, v. c. LAVRENTIVS (III), POSSELTVS (mmmm), HENNINGES (nnnn), quo jure non video. Legalem illam dicimus, quatenus ex lege divina, prout ab Evangelio distinguitur, hauriri atque perdisce debet. Operum enim doctrina Evangelium adpellari nequit, sed lex tantum, nisi idem cum Socinianis & Arminianis, Fanaticis atque Pontificiis cornu inflare velis, legis & Evangelii commixtione intentis, quorum illi Evangelium complementum atque perfectionem legis Mosaicæ nuncupant, quo præcepta moralia non solum præstantioribus illustrata, sed novis subinde æcta fuerint; isti Evangelium præfus in legem convertunt, hanc in regno Christi cessare ajentes, conf. Magnif. D. D. AEPINVM (oooo); hi suo de consiliis Evangelicis operibusque supererogationis figmento legalem voluntatem tanquam adsumendum Evangelii tractant, quod tamen gratia divina per Christum reparata oblatione & in credentes collatione tantum constat, ideo verbum reconciliationis 2 Cor. 5, 19, verbum gratiae Actior. 14, 3, potentia DEI ad salutem Rom. 1, 6. vocatum

§ 40. Voluntatis hujus legalis attributa ab Apostolo tria dinumerantur, quod sit bona, beneplacens, & perfecta. Negant

(III) l. c. p. 443.

(mmmm) in der richtigen Erklärung der Ep. P. an die Römer p. 1240.

(nnnn) l. c. p. 173.

(oooo) Mataol, Fanat, rec. p. 353, th. II. & p. 357. th. III.

*Attributa
voluntatis
divinae.*

gant id alii, το αγαθον &c. referentes ad totum complexum hujus & superioris committatis: *ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam,* Εἰ non conformemini huic saeculo, sed transformemini renovatione mentis vestra, *ut probetis, quae sit voluntas DEI.* quod facere est bonum, DEO gratum Εἰ perfectum; Alii (vel repetendo τι illud ante τὸ θελημα Θεος, vel particulam τοι supplendo) per επεξηγησιν haec dici credunt, quasi haec verba declarant, quae sub DEI voluntate comprehendantur: *ut possitis scire, quae sit DEI voluntas, το αγαθον,* quod scilicet bonum, Εἰ beneplacitum Εἰ perfectum (pppp). Ambiguitatem sermonis articulus adiectus parere ERASMO (qqqq) videtur, quo omisso nihil ambiguitatis in hac clausula fuisse, Εἰ ad voluntatem DEI illa epitheta certo pertinuerint; sed observat GLASSIVS (rrrr), in constructione substantivi cum adiectivo indifferenter vel substantivo soli, vel substantivo & adiectivo simul articulum preponi, posterioris exempla suppeditans Auctor. 21, 11, Matth. 16, 16, c. 1, 25, Eph. 3, 9, c. 4, 22, c. 5, 18. 1 Tim. 6, 13, Rom. 12, 3, 6, unde concludit, similem esse rationem adiectivorum in praesenti loco, qua ad superiora & totum sermonem referre textus nec admittat distinctionem, nec collatio cum Ephes. 5, 10, 17. (ssss).

§ 41. Sunt autem tria haec attributa unius ejusdemque *Unius ejusdemque.* voluntatis divinae, tripliciter non distingvendae in bonam, beneplacentem & perfectam. Ubi enim datur voluntas DEI bona, ibi non potest non dari insimul voluntas beneplacens, & ubi haec locum habet, adeo quoque perfecta, siquidem oppositum sanctitati & justitiae ejus repugnat. Aberrant Fanatici & Pietistæ, Perfectissimum invecturi, quo præ reliquis christianis se efferunt & jalicant. Intelligi hoc potest ex Bibliis BERLENBURGENSIBVS.

G 2 que

(pppp) Conf. OLEARIVM l. c. p. 55. ESTIVM l. c. p. 157.

(qqqq) Annotat. in N. T. b. l. p. 433.

(rrrr) meditatt. s. in epp. Domini. Οἱ festiv. P. prior. Dom. I. p. Epiph. pag. 351.

(ssss) pag. 352.

qua lequentia tradunt (ttt): hier sind aber verschiedene grade, so daß hier dreyerley Willen Gottes gemeint wird: nicht daß bey GOTTE mehr als ein Wille wäre, aber der wird uns staffel weise nach und nach aufgeschlossen . . . Der gute Wille Gottes ist insonderheit die Heiligung unsers Leibes und Geistes und unsere Enthaltung von heidnischen Lastern . . . Der wohlgefällige ist die Übung, Arbeit und Eifer unserer Seelen in aller Gottes-Dienstlichkeit nach dem Gesetz, und denn, daß eine herzliche Lust und Wonne über Gottes Willen und ein Wohlgefallen bey den Menschen aufgehe Luc. 2, 14 . . . Der vollkomme Wille Gottes ist die Heiligung und Rechtferrigung unsers Geistes in der Nachfolge Iesu, und geht auf die Vollendung im Glauben. So muß man von einer Stufe zur andern im Hause Gottes aufsteigen. Et post hoc: Der wohlgefällige und vollkomme Wille Gottes führet doch ohne allen Zweifel auf die gänzliche Erfasung aller Dinge in einer genauen Reinigkeit und Unschuld, scribitur: So kan etwas dem Willen Gottes eben nicht zuwieder und offenbahre Sünde seyn, es ist aber dess wegen nicht als bald dem vollkommenen Willen Gottes gemäß, welcher ist unsere völlige Heiligung Cor. 1, eine gedemüthigte Seele aber siehet nicht nur auf den guten Willen Gottes, sondern auch auf den vollkommenen, damit sie sich selbst in keinem Dinge schone, oder etwas zulasse, dabey sie nicht des allerheiligsten göttlichen Raths ohnfehlbar versichert wäre. Conveniunt cum his Pontificii consiliis, qua singuit, Evangelicis superbientes. Ita enim PETRVS BVRGENSIS in additionibus ad postillas NICOLAI DE LIRA: Voluntas DEI multipliciter dicitur, ut in sent. dist. 45. Et quantum ad propositum spectat,

(ttt) b. l. p. 317.

spectat, tripliciter scilicet, prohibitionis præcepti, & consilii voluntas DEI, que manifestatur in prohibitionibus, est bona. ille enim, qui abstineretur a prohibitis per legem divinam, bonus dicitur dici; sed ex hoc solo non dicitur beneplacens, quia non sufficit solum a malo recedere ad beneplacendum DEO, nisi cum hoc faciat bonum, & sic dicitur beneplacens; voluntas autem DEI, que significatur in consiliosis divinis, dicitur perfecta, quia ea implens dicitur perfectus, juxta illud Math. 19, si vis perfectus esse &c (uuuu). Sed morari eos non habeo.

§. 42. Quantum ad ipsa jam attributa spe stat, ut satis ab invicem distinguantur voluntati divinae per se competere dicenda sunt. Est igitur voluntas DEI legalis 1) bona (bonitate absoluta morali conf Rom. 7, 12, 1 Tim 1, 8.), non recedens a regula boni per immutabilem essentia rectitudinem & justitiam sic determinata ut bonum dici mereatur, quiequid ipsius essentiali, &, respectu nostri, exemplari congruit sanctitati. DEVS enim cum in toto essentia bonus sit, cum bonus sit in operibus suis, nec ulla fraus aut dulcis in ore ipsius fuerit deprehensus, nequit aliud velle & adpetere. Patet hinc in gravissimo errore fuisse versatos veteris ecclesie haereticos. Simonianos, Marcionitas, Manichæos, præcepta legalia malitatis incusantes, quasi a malo numine profecta, quos ad h. l. reprehendit PETRVS MARTYR (www). Conf D BV DEVS (xxxx); 2) beneplacens i. e. pergrata & accepta DEO ex respectu formæ B. O. tam generalis, quæ est bonitas respectu legis, moralis, quam specialis, quæ provenit a fide, &, cui haec innitur, CHRISTI merito Ebr. 11, 6, conf. Psalm. 143, 10. Eph. 5, 10, 1 Thess. 4, 1; 3) perfecta, in qua desiderari nihil potest, quod ad esse ejus pertinet, sive in qua varia ei inesse debita consentiunt in uno, quandoquidem regulam actionum nostrarum exhibet, omnibus numeris absolutam, conf. Deut. 12, 32, Psalm. 19, 8.

G 3

§. 43.

(uuuu) v. GLASSIVM. l. c. p 350.

(www) l. c. pag. 620.

(xxxx) institut. Theol. Dogm. L. IV. c. I. pag. 724. sqq.

Quænam
fuit?

*Quib respone-
tum?*

§. 43. Alludi his verbis ad conditiones, quas Levitæ in viëtimis immolandis spectare debent ex lege Deut. 22, 18, seqq., cap. 15, 21, c. 17, 1. Arbitratur GROTIUS (yyyy), τῷ τελείον responderet Hebræo Καὶ τότε , quod Levit. 1, 3 vertitur αμωμὸν , & Exod. 12, 5 τελεῖον ; τῷ εὐαγέσον responderet Hebræo ἐπέκτιμον Lev. 22, 21, ubi εἰτεκτον̄ verterint LXX, δεκτον̄ Lev. 1, 3, 4, Jer. 6, 20. Mal. 2, 13; מִבְּנֵי etiam dici de viëtimis , & pingues significare Lev. 27, 10, ubi καλῶν reddidे. rint LXX, quod PAVLVS αγαθῶν . TVBINGENSIVM in Bi. blicis suis h. l. eadem est opinio; Sed dissentit CALOVIVS (zzzz), nullum omnino in hoc commitate respectum ad viëtimas V. T. earumque explorationem a Levitis instituendam admittens, quod tamen omnino supponit GROTIUS , paraphrasin commatis ita exordiens: estis Levitæ mystici; Levitarum legalium est examinare viëtimas &c , adstipulante in tantum WITTICHIO (aaaa), cuius verba sunt : εἰς τῷ δοκιμαζεῖν - - - τῷ αγαθῶν ; id dicit Apostolus manens in eadem metaphora. Sacerdotum legalium erat ex aminare viëtimas secundum regulas Lev. 22, Deut. 171, præscriptas. hic cum nos ipsos debeamus offerre in sacrificia, etiam nos debemus explorare, quod dicit explorare voluntatem DEI , eaenim cognitafacile erit ad hanc nos ipsos explorare , οὐ sic aedam nos conformare . CALOVIVS vero sequentia opponit: hæc δοκιμασία non est τῆς θυσίας , qua DEO offerenda , sed τῆς θελη. ματος τε θεσ , voluntatis DEI - - - . Respici ad Leviticum enimus examinandi viëtimas non adparet, quia non , quales viëtima corpora nostra DEO sistenda sint, explicatur, sed, quomodo voluntati divina, non mundo, vel seculo conformari debeamus, docetur , cuius rei gratia sacra hæc δοκιμασία , eaque accurata opus est. Et certe quam absimilis foret voluntatis divinæ, si vel ad reliqua non attendimus, cum viëtimis V. T. comparatio ? Ipse etiam

(yyyy) Bibl. Crit. Anglic. Tom. IV. p. 2764.

(zzzz) Bibl. illuſtr. Tom. II. b. l. p. 205.

(aaaa) I. c. pag. 520.

etiam WITTICHUS GROTIUS contradicit, scribens: *bae tria epipheta GROTIUS refert ad victimas, sed in iis vix ira ista distinguitur: verum unico posito ponuntur omnia, idque, quod bonum erat, etiam fuit persecutum, & hanc enim DEO placet: neque etiam Lev. 7, 11 ταῦτα tantum pingue designabat, sed quocunque modo bonum.* Idem tamen autor alia via incedens nonnulla pariter cultus Levitici textui nostro immisceret, in eo ramen a GROTIUS discedens, quod in locum allusionis oppositionem ingeniose substituat. Postquam enim voluntatem divinam in relatione ad nos bonam, id est utilem, beneplacentem, id est amabilem atque jucundam, perfectam, id est eam, quae plane explere possit nostram delectationem, ita, ut nihil queamus in ea desiderare, dixerat, addit: *talis non erat olim voluntas DEI, qua cultus ceremonialis instituatur; dictatur ea babuisse τοις ανθροποις Hebr 7, 18, adeoque non poterat dici absolute bona, evagates vero non poterat esse, quia jugum imponebat διοτι Βασανούσιον, nec perfecta, quia habebat τοις ανθροποις Hebr. 7, 18.* Enim vero solido haec fundamento destituuntur, tantum abest, ut ex sacris literis firmari possint, siquidem locis citatis voluntas DEI in cultu ceremoniali non opponitur voluntati DEI in cultu morali, sed ipse cultus ceremonialis, qua talis, economiae gratiae sub Evangelio Leviticas umbras excludingenti opponitur.

§. 44. Voluntatem autem DEI probandam esse præcipit *Ratio diff. Paulini.*
Apostolus, quia haec καὶ ως l. regula est, secundum quam justificatos & renovatos incedere ubique oportet, ita, ut ad illius a. missum omnes eorum conatus & actiones sint examinandæ, εὐελπιζοντες qualibet procul faceffere iussa Col. 2, 21, Matth. 15, 9, v. Esa 5, 2. Conferantur scriptores Morales de principio cognoscendi Theologiam Moralem, &, qui h. l. adversus Pontificios egregie disputat, b. RVNGIVS (bbbbb).

§. 45.

[bbbbb] Disp. in ep. ad Rom. p. 305. sqq.

*Renovatio
mentis quo-
modo con-
currat ad
donum eternum
voluntatis
divinae*

S. 45. Ad hanc DEI voluntatem probandam requiri-
tur renovatio mentis. Causam allegat b. WOKENIVS (cccc)
hanc: *antea, quoniam homo conversus est, vix unquam inquiret, quid
voluntas DEI a nobis exigat. conversus vero homo accurate in-
quirit in omnibus, an hoc conveniat cum voluntate DEI bona,
accepta, & perfecta, quo sacrificium corporis nostri DEO quo-
que vivum, acceptum & sanctum sit.* Atque haec quidem sa-
tis recte se habent, si non *doxiāt̄* pro actu potius ex-
plorationis, cognitionem antecedente, quam cognitionis & di-
judicationis capit: confitetur ipsi diximus §. 36; verum si
idem illud est, ac cognoscere, explorationis actu ante supposito,
menti renovatae expeditius promitusque succedente, ut objecti-
oni satisfiat, qua ratione in ipsam *doxiāt̄*, s. cognitionem
avanguardis tamen influat, paulo dilucidius docendum erit.
Objicitur nempe, voluntatem DEI legalem, in praeceptis Mo-
saicis contentam, coincidere, paucis, quae in ea positiva occur-
runt, exceptis, cum praeceptis legis naturae per solam ratio-
nem innotescitibus, unde argumentum: si cognition voluntatis
divinæ legalis sine renovatione mentis acquireti potest haec ad
illam acquirendam necessario praestitū non debet, supervacanea
potius in respectu ad hunc finem dicenda. Enim vero inter
cognitionem naturalem, & theologicam s. christianam haud pa-
rum discriminis intercedit: non illius, sed hujus obtinenda causa
renovatione mentis indigemus. Differt enim cognition Theolo-
gica & respectu rei agnoscendæ, & respectu modi eam co-
gnoscendi. Res cognoscenda est voluntas DEI, quæ sub alio
processus habitu h. l. comparet; aliud est subjectum eam operans,
homo fidelis, aliud principium operationis, vires gratiæ,
alia norma operationis, revelatio divina, s. scriptura sacra,
alia motiva ad operandum, quæ h. l. non ex opere creationis,
sed universo redemptionis negotio desumuntur, siquidem id
novam hominis obligationem erga DEVVM parit, alias finis o-
perationis, fidei declaratio, & glorificatio nominis divini,
non

(cccc) *Stromatibus Apostol. p. 82,*

fruitio summi boni summæque, quæ hinc exsurgit, felicitatis. Præscritim vero ad modum cognoscendi attendimus. Cognitio theologica 1) tanto magis est convictiva, quanto majorem efficit quavis demonstratione assensum revelatio divina per testimonium SP. S. Quicquid enim ex ratione scimus, id in theologia revelata fide divina credimus. 2) tanto clarius atque distinctior, quanto quis distinctius rem sensus pene fugientem viribus oculorum ope instrumenti optici mirum in modum elevatis perspicit, quam qui sola naturali videndi virtute pollet, singula in re sibi oblata distingvenda accurate non contemplaturus. In tanta enim hominis non renovati malitia, tantaque adfætuum turbulentorum exundantium temeritate non leviter perspicacem esse oportet, potius multa accuratio requiritur, ne pro adeptitus in mala declinatione mundi opiniones stulta, & ipsius pravi cordis figmenta pro voluntate DEI habeantur, saltem huic non adversa reputentur, quod sepenus accidisse observatum est. Enim vero renovatis per gratiam SP. S. ex verbo divino, quod lucernæ & lucis indolem representat Psalm. 119, 105, cognoscendi vires suppetunt, unde promite, quod bonum est, & bona DEI voluntas, dijudicare, & à speciosis impiorum argumentationibus discernere valent, vix decipiendi, & ad velificandum cupiditatibus pravis persa judicia amplexuri. Hinc est, quod PAVLVS in textu nostro scribit: εἰς τὸ δοκιμαζέν, τι τὸ θελημα Θεός, ut possitis plena animi convictione divinitus concessa agnoscerē & dijudicare, quid, vel quænam DEI sit voluntas, mundi & carnis vestræ inclinations hinc separantes, quippe quæ cum DEI voluntate, qua bona, beneplacens & perfecta est, nullatenus coharent. Hæc de cognitione voluntatis divinæ theologica, in quantum differt à naturali, unde, quo respectu renovationis mentis ad voluntatem DEI probandam requiratur, intelligitur. Sed queritur ulterius: qua ratione renovatione mentis opus habeant per SP. S. jam illuminati, nondum tamen conversi. regenerati ac renovati pro fine isto obtainendo? Respondeo: hic

H

ad.

ad modum cognoscendi res reddit, ita quidem, ut disparest tantum cognitionis gradus obseruentur, cum illuminatorum coniectio, divina sicut adhuc sit infirmior, nec ipsius cognitionis distinctitas tanta, quanta ad voluntatem DEI à corruptis rationis judiciis quibuscumque serio & constanter dignoscendam facit.

*Aorupatio
ac finis.*

§. 46. Finis probationis voluntatis divinae is est, ut probata voluntatis sequatur adipetitio, adprobatio cum decreto eam exsequendi, tumque ipsa ejus executio per studium B. O. cum internorum, tum exterorum, quibus cultus DEO rationalis praestari debet & ipse justificatus homo sacrificium vivum, sanctum & beneplacens DEO sibi v. i. Quo pacto textus & contextus quam optime sibi constare deprehenduntur;

Sectio II. DOGMATICA.

§. I.

*Questio ven-
tilanda, ejus-
que occasio.*

PLurima ex commate hactenus explicato dogmata vel fidei, vel morum derivari, probari, declarari & illustrari possent, sed, cum nec temporis, nec pagellarum angustia permittat, ut tam vasto me pelago immittam, unam solummodo quæstionem, quæ hoc avo variis scriptis disceptata est, excutiendam suscipiam, videlicet: *num spiritualis experientia doctrinarum sacrarum s. principium, s. comprincipium sit?* Incidit in manus commentatiuncula, quam sub tit: *Schriftmäßige Beantwortung der Frage: Ob es nothwendig, die Zeit seiner Bekehrung zu wissen* &c (a) publicavit Dn. SAMVEL LAV, Concionator Aulicus, & Consiliarius Consistorii Wernigerodensis, cuius sub finem (b) postquam scripsera: *Es wird, wie alle andere praktische Wahrheiten, also auch diese, welche, von der Zeit der Bekehrung handelt, recht*

(a) Jenæ ed. sec. 1734.

(b) §. 35. pag. 70, 71.

recht zu erkennen die Salbung des heiligen Geistes, und lebendige Erfahrung derselben erfordert, wo durch man den besten Schlüssel empfängt, selbige nicht allein für sich zu erkennen, sondern auch, wie sie andern recht vor zu tragen, deinceps experientiam spiritualem tanquam comprincipium interpretandi scripturam laudat, ad verba PAVLI inter alia provocans. Recitabo ipsius verba (c), ne de aliena & falsa sibi imputata conqueri possit sententia: Die Erfahrung ist geistlichen Sachen kein eigentliches principium cognoscendi, ein jedes principium cognoscendi aber, wenn es recht soll gebraucht werden muss recht interpretiert werden. Wollte nun jemand sagen; ob gleich die Schrift aus Schrift als lerdings fürnemlich muss erklärt werden, dennoch, weil Christus spricht Iob. 7, 17: So jemand will des Willen thun, der wird inne werden, ob diese Lehre von Gott sey, oder ob ich von mir selbst rede; und der Apostel PAVLVS Rom. 12, 2: Verändert euch durch Verneirung eures Sinnes, auf daß ihr prüffen möget, Welches da sey der gute, der wohlgefällige, und der vollkommenes Gottes Willen: so könnte man mit gutem Grunde sagen, es sey die Erfahrung ein comprincipium interpretandi scripturam, was sonderlich die praktischen Lehren derselben verräst, der würde nicht irren. Und daher bleibt es dabey, daß kein fleischlicher und unmieder gebohrner Mensch diese Lehre von der Zeit der Bekehrung recht beurtheilen könne, wenn er sich nicht herzlich zu Gott bekehret.

*Status cōtra
controverſia.*

§. 2. Mens Autoris, quatenus verbis excitatis comprehenditur, generatim ad quinque theses revocari potest: 1) experientiam spiritualem proprie sic dictum rerum sacrarum principium cognoscendi haud esse, quippe quod scripture sacrae datum sit; 2) per experientiam tamen scripturam S. sive res sacras

H 2

in

(c) pag. 72. not. **)

in scriptura propositas explicari debere, quia principium cognoscendi quodcunque, priusquam rerum ex illo cognoscendarum hauriri possit notitia, antea recte sit interpretandum; 3) scripturam quidem præcipue ex scriptura interpretandam esse; sed huic tamen juxta verbum CHRISTI Jo. 7, 17, & PAVLI Rom. 12, 2, adjungendam esse experientiam spiritualem; 4) itaque spiritualem experientiam comprincipium interpretandi scripturam recte vocari; 5) experientiam spiritualem esse comprincipium scripturam interpretandi præcipue quoad doctrinas practicas, h. e. quodammodo quoad veritates dogmaticas, potissimum autem quoad veritates morales & practicas. Ex quibus inter se collatis hæc ipsius assertio prodit: Experientia spiritualis (non quidem est principium cognoscendi Theologiam, nec principium interpretandi hoc cognoscendi principium, i. e. scripturam sacram præcipuum, sed) est comprincipium interpretandi scripturam (quoad doctrinas quidem fidei suo modo, sed maxime) quoad veritates practicas in ea contentas.

*Occasio ex dis
sio Paulino.*

S. 3. Præsidium hujus sententiae querit in voce CHRISTI, & maxime in verbis Apostoli: Auf daß ihr prüfen möget, quibus hunc procul dubio sensum tribuit: habebitis vos Romani, quando transformati estis renovatione mentis vestrae, experientiam spiritualem; habebitis eam, ut, i. e. eo fine, ut probetis, i. e. per illam, & ex illa scripturam interpretando agnoscatis & dijudicetis, quænam sit DEI voluntas bona, placens & perfecta. Verum quemadmodum in exegesi dicti hujus fusijs declaravi, renovationem mentis emendationem utriusque animæ facultatis, non adpetitivæ tantum, sed & intellectivæ includere, & δοκιμαστικη voluntatis divinæ ad intellectum necessario referendam esse; ita contra TUBINGENSES jam adstruxi, non ex mente SP. S. sed falsa hypothesi experientiam spiritualem hic adlui, quæ nulla quidem ratione in sacris ad ipsam cognitionem, scilicet qua ralem, requiratur. Planissime hæc intelliguntur, dummodo experientia spiritualis necessitatem atque indolem exposuero, quod quatuor positionibus succincte complectar.

S. 4

POSITIO I.

Datur experientia spiritualis.

§. 4. Experientia est cognitio, quae acquiritur attendendo ad objecta sensibus obvia, definiente cl. BAUMEISTERO (d), quæ? e. g. per experientiam novimus, aquam madefacere: hanc enim cognitionem nobis, acquirimus, cum attendimus ad aquam sensibus obviam. Ubi ergo datur experientia, ibi adest a) perceptio rerum per sensus, s. internos, i. e. eorum, quæ in nobis, & in anima nostra contingunt. e. g. rædii, quod ex representatione rei alicujus, tanquam mali cuiusdam in anima nostra oritur, s. externos, i. e. eorum, quæ extra nos mutationes in organis sensoriis producunt, e. g. ignem esse calidum, lucere, aquam madefacere. Quicquid igitur sensibus percipi nequit, ejus nulla quoque est experientia. Sic perspicuum ait BAVMEISTERVS (e), nos ea tantum, quæ existunt, experiri, nec nisi individua & singularia pro objecto habere experientiam; 2) attentio ad istam rerum perceptionem. i. e. ut consciū nobis ejus simus, magis quidem, ac aliarum, quarum a) que poteramus eodem tempore esse consciū; 2) cognitio rerum per sensus perceptarum, nobis ad perceptionem attentis, i. e. ut ideas harum animo conceptas habeamus.

§. 5. Experientia spiritualis dicitur partim respectu causa efficientis principalis, quæ est SP. S. omnis gratiæ virtusque spiritualis auror, fons & origo, partim ratione subjecti, quod est homo, gratia SP. S. regenerante, justificante, & ad vitam spiritualiæ sanctificante imbutus, partim, & quidem potissimum, intuitu objecti, ut sit experientia rerum spiritualium, i. e. mutationum, quas juxta præscriptum salutis ordinem per gratiam specialem in homine peragi oportet.

§. 6. Mutationes ex præscripto salutis ordine in homine peragendas (passive spectatas) commemoro. Quicquid enim

Objectum.

H 3

muta-

(d) *institutt. Philos. ration.* p. 250,

(e) *I. c. p. 251.*

mutationem ejusmodi in homine non infert, objectum experientiae spiritualis constitutere nequit, quia ejus perceptio per sensus nulla dari potest: perceptio vero spiritualis sit per sensus. Sensus h. l. intelliguntur praecipue interni, licet participative non nunquam sensus etiam concurrentia externi, e. g. quando in gaudio spirituali homo fidelis χαραν μεγαλων σοφορα χαρων αγαλλιαται corporis exsultat, ejusque membrorum, summum animi gaudium gestibus, aliisque signis externis prodentium. Ulro sic liquet, veritates theoreticas, ut tales, sub experientiam spiritualem non cadere, e. g. mysteria nonnulla, v. c. trinitatem, incarnationem filii DEI &c.; porro nec mutationes, quae non in ipso homine contingunt, physicis analogae, sed extra illum velut actiones materialis peraguntur: qualis est justificatio, non quoad fructus, sed in se spectata, per actum in essentia divina immanentem procedens, nec nisi forensi ratione hominem attingens, quippe quo peccator, non justus intrinsecus constitutus propter imputatam CHRISTI iustitiam justus declaratur & reputatur: talis pariter est adoptio, quatenus respectum inter patrem, DEVUM, & filium, hominem justificatum, intercedentem involvit. Cirea justificationem dissentunt Fanatici, infusionem novae iustitiae in haerentis, novarumque qualitatum eam vocantes. Hinc ARNOLDVS (f) contra Theologos orthodoxos debachatur: Zwar spricht die Vernunft, es geschehe gleichwohl Gotts Zurechnung ausser dem Menschen, so könne und dürsse man sie eben nicht empfinden; Allein sie bildet sich Gott so ausser sich, oder weit von sich ein, da er doch nahe, ja in dem umkehrenden Sünder ist, wie am verlohrnen Sohn zu sehen. So ist ja der Glaube auch nicht ausser uns mit seiner Kraft, wenn wir gerecht werden, sondern in uns mit summt der Gerechtigkeit CHRISTI, wie sollten wir denn derselben grossen Dinge nicht

(f) Theol. experiment. p. 296.

nicht gewahrt werden, die bey solcher Veränderung
in uns vorgehen. Daher diejenige sich und andere
außerst verführen, welche die Rechtfertigung unserer
selbe geistliche Dinge sezen, die nur mit dem Verstand
erkannet, aber nicht empfunden und erfahren werden.
Sed hanc capropter resutate non adgredior quia juxta pag 210,
291 sententiam Fanaticorum multis viribus tuendam sibi sum-
fit. Potius D. LANGIVM mirantur cel. Domini Aut. der U. M.
(g) totam doctrinam de justificatione (h) ad experientiam spi-
ritualem referre, his verbis: D LANGE. bleibt daraus
die ganze Lehre von der Rechtfertigung gehöre zur
geistlichen Erfahrung, welches gefährliche Folgen hat.
Is enim, licet l. c. in demonstratione datae propositionis § 2.
de fide justificante disputet adeoque videatur excusandus, fo-
ramen tamen distinguere ab invicem die Lehre von dem gerechtig-
machenden Glauben, und von der Rechtfertigung selbst, & utram-
que per experientiam constare debere adserit (i). Reprehen-
dit hoc in ipso S. R. D. D. LÖSCHER (k), nec immerito, vel
propter periculum Fanatici erroris, vel propter adseriti absurd-
itatem, qua experiri dicimus id, quod nullis sensibus obvium
est, perque illos plane percipi nequit. Ceterum speciatim ex-
iis, quæ sensibus percipiuntur. mutationes spirituales internis
animæ sensibus perceptibiles inde à vera atque reali ho-
minis irregeniti conversione ad continuatam renovationem hue re-
voco (l). Ita enim cum Pietistis, Theologis consentientibus,
h. I. loquendum arbitror, quamvis alias juxta orthodoxum sy-
stema ex generali experientia notione omnis etiam illumina-
tio, intransitive dicta conversionem antecedens, hujusque
effectus haud infrequentes, qualis est v. e. compunctio cordis.

(g) A. 1714 / 98.

(h) in der richtigen Mittel-Strasse P. III, p. 175.

(i) Conf. pag. seqq.

(k) Tim. Verz. P. I. p. 53.

(l) Conf. LANGIVM I, c. P. I, pag. 204.

in impio per vim verbi divini insitam ad objectum experientiae spiritualis una pertineant.

Definitio:

§ 7. Hoc igitur sensu experientia spiritualis est cognitio, quæ acquiritur attendendo ad mutationes spirituales internis animæ sensibus perceptas. Ubi tamen adhuc animadverendum est, mutationes spirituales passive non solum, quod dixi, spectari debere, sed maxime etiam quoad effectum. Non enim percipimus v. g. in conversione virium pœnitendi, in regeneratione virium credendi, in sanctificatione virium pie vivendi productionem & collationem, nisi hæ vires, jam receperæ, per effecta se prodant, v. g. per pœnitentiam, fidem, sanitatem & iustitiam cordis.

Datur experientia spiri-
tualis.

§. 8. Ubi dantur mutationes spirituales, internis animæ sensibus perceptæ, ubi datur ad eas attentio, ubi datur cognitio earum, ibi datur experientia spiritualis. Atqui dantur mutationes spirituales &c, in universo scilicet conversionis negotio, datur ad eas attentio hominis spiritualiter mutandi. datur post attentionem earum cognitio (per ideam quandam harum mutationum); Ergo datur experientia spiritualis, quam scriptura s. per gustum, scilicet spiritualem, Psalm 34, 9, coll. 1 Petr. 2, 3. Hebr. 6, 3, 5, & *αγρθητιν*, i. e. sensum Phil. 1, 3. explicat, exemplis expertorum alibi eam declarando (m).

Definitio
Lauiana erun-
tiur.

§. 9. Non aliam, quam ex natura & indole omnis experientiae dedi; experientiae spiritualis definitionem Dominum LAV supposuisse nunc efficiam. Is enim probaturus experientiam spiritualem esse comprincipium interpretandi scripturam, quoad doctrinas ejus, maxime practicas, fateri debet, 1) in homine juxta dictum nostrum renovandæ mentis, oriri mutationes spirituales, sensibus internis percipiendas (h. l. specificæ tales), unde postea doctrinæ practicae (i. e. de spirituali hominis mutatione) in cognoscendo dependeant, 2) subjectum mutationum ad illas attendere, quo fiat 3), ut atten-

dens

(m) *Conf. RVMPÆVM introd. in Theol. controlo. p. 211, 1. SCHEL-*
GVIGIVM synop. controvers. p. 53.

dens earum ideam animo concipiat, adeoque eas cognoscatur. Neque enim sine cognitione mutationum in semet ipso contingentium post antegressam attentionem judicium ex iis sequetur, & ad indeolem veritatum practicarum posset concludi. Hæc tria vero (speciali h. l determinatione seposita) absolvunt experientiam spiritualem; mutationes nimiram, sensibus animæ internis perceptæ, attentio ad eas, & cognitio earum, prout illam definivi per cognitionem, quæ acquiritur attendendo ad mutationes spirituales, internis animæ sensibus perceptas. E. Dominus LAV non aliam, quam dedi, definitionem supponere potuit.

POSITIO II.

Quæ non rejici, sed commendari debet.

§. 10 Non sine calumnia Theologi orthodoxi à crassoribus presertim Fanaticis atque Pieristis, quoniam eorum spuriam & confitam experientiam aversantur, incusantur, quod experientiam spiritualem, in se spectatam, prorsus detestentur, damnet, & è cœtu christianorum purore proscriptam velint, prout de injuria sibi, & D. SCHELGVIGIO hinc illata conqueritur b. BüCHER (n), cum tamen eam in se tanti faciant, ut præente scriptura Psalm. 34, 9, Phil. 1, 9, quo possunt studio omnibus commendent, tanquam rem in suo genere necessariam, jucundam, atque utilem, summisque efferant encomiis. Id que ipsa rei depositit indoles. Nam

I) experientia spiritualis involvit perceptionem mutationum spiritualium in conversione, regeneratione, unione hominis cum DEO mystica, renovatione, per sensum animæ internum. Quicunque igitur convertitur, regeneratur &c, ille habet experientiam spiritualem, dummodo ad ea, quæ in se sunt, attendat, & per statum, in quo versatur, ea animadvertis: & quicunque habet experientiam spiritualem, is ipse convertitur,

I

reges

(n) System. Autisan. p. 37.

regeneratur, unitur cum DEO, renovatur; è contra quicunque illam non haber, ille nec convertitur, nec regeneratur, nec cum DEO unitur, nec renovatur. Quodsi jam Theologis euræ cordique nil magis est, quam ut homines per penitentiam & fidem ad CHRISTVM perducant, gratiosæ inhabitationis divinæ & communionis bonorum cœlestium participes reddant, & sanctorum vite adsuefaciant, i. e. perceptionem mutationum spiritualium in iis excitent; equisnam experientiam spiritualem ab iis probari & commendari abnegaverit.

propter ju-
cundatorem.

2) Grata & jucunda est perceptio mutationum spiritualium (passive & quoad effectum spectatarum) ex experientia spirituali, v. g. fidei, pacis, & gaudii spiritualis cum testimonio S.P.S. de *vocatione nostra*, & beatitudine post hanc vitam, quin ipsius cordis sanctitatis inherentis, quatenus eam percipiens progressus & incrementi in studio pietatis convincitur, unde oblectatio & voluptas non potest non consequi. Quidni igitur Theologi argumento, à jucundo perito, experientiam spiritualem commendarent? Quidni? quia

propter utili-
tatem.

3) Facit experientia spiritualis cognitionem scripturaræ i. e. doctrinarum scripturaræ præsticarum, jam ante ex scriptura haustram, a) multo vividiorem. Ipsi enim, quod iis se offert, sensibus experti deprehendimus, quod tantum abstractive antea adseuti eramus, quo sit, ut ipsas rerum ideas intuendo vividissime easdem nobis repræsentemus, tanto quidem vividius, quanto magis ubique cognitione symbolica & speculari intuativa claritate & vividitate præstat. Sie e. g. in naturalibus vividissime sibi quis gaudium representat, tanquam voluptatum insigne prædominium, ipse olim gavisus, & affectus hujus intuitiva cognitione utitur, perceptionum suarum adhuc conscius, quanto sciaret sensu iste absolvatur, quaque animum dulcedine perfusum relinquit: idem in gudio spirituali obtinet. Sicporro homo, postquam ex scriptura didicit, regenerationem esse collationem fidei, postquam ipse à SP. S. regeneratus est, cognitionem regenerationis intuitivam reddit, sibique vividissime rem spiritualem antem mentis oculos ponit, de qua ante secundum scripturæ dicta tan-

tum

tum judicaverat disflueratque, ipso ejus intuitu destitutus. Atque hunc in modum explicandi Theologii sunt, quando sine experientia spirituali doctrinas practicas vix accurate, distincte, plenarie, & perfecte satis cognosci statuunt (o), ne sibi ipsis, dum oppositum inficiantur (p), contradicere (q) videantur. Lovuntur enim de distincta, plena & perfecta ratione non tam rerum cognitarum, quam modi eas cognoscendi propter diversam intellectus representationem in cognitione, vel symbolica, vel intuitiva, quæ quidem posterior, cum sit vividissima, omnino majorem distinctitatis, perfectionis & evidentiæ gradum admitit, quatenus $\tau\omega$ exactius, plenius, evidenter atque perfectius cognoscere æquipollit $\tau\omega$ vividissime cognoscere. Ita BÜCHERUS (r) differit: *experi-entia interna spiritualis, qua mens nostra habitus, affectus & operations à SP. Si excitatos in se ipso observat, per se non praefat, ut res spirituales ipsi sint intelligibilis, aut actu intelligantur (id enim solum luminis divini, quo verbum DEI & veritates in illo descripte coruscant, beneficium est), sed (I) impedimenta cognitionis auferat, ut, que imperitus rerum spiritualium in conceptu universali satis distinguere non poterat, in presentanearum operationum & donorum spiritualium individuali sensu ac perceptione clarus & magis distincte cognoscatur.* (β) multo firmorem certioremque, ita ut de veritate illarum, quarum ipsis in nobis experimentum habemus, quasque præsentes intuemur, dubitare haud temere possimus. Spectant hue egregia LUTHERI verba (s); also ist dis eine Predigt nicht allein von Wörtern, sondern von der Erfahrung; denn mit dem Worte fähert er uns wohl an, dass er uns lässt das Evangelium hören,

12

(o) Conf. SCHELGVIG. l. c. p. 54, BÜCHER l. c. p. 26, WERNSDORF, disputat. de Theol. experiment. p. 78.

(p) Conf. SCHELGVIG. synops. p. 53, & suppl. p. 34 sq.

(q) contradictionem SCHELGVIG. exprobrante D. LANGIO Ansbach. T. I. p. 135.

(r) l. c. p. 23.

(s) T. VII. Altenb. p. 112.

ten, tauffen, Sacrament empfangen, aber nach dem ist so bald da der Teuffel, der uns allenthalben ansichtet, und hindern will, daß es nicht bleibe und fortfaahre; da muß nun angehen die Erfahrung, daß ein Christ könne sagen, bisher habe ich gehöret und geglaubet, daß Christus mein Heyland sey, so meine Sünde und Tod überwunden habe, nun erfahre ich es auch, daß es also gewesen, denn ich bin jetzt und oft in Todes-Angst, und in des Teuffels Sticken gewesen, aber er hat mir heraus gehölffen, und offenbart sich mir also, daß ich nun sehe und weiß, daß er mich lieb habe, und das es wahr sey, wie ich glaube. Solche Erfahrung macht denn einen rechtfassenden Menschen Conf. WERNSDORFIVM (t): pari modo res se habet cum experientia spirituali, que consentientibus Theologis nostris ad unum omnibus cognitionem nostram ex scriptura hanc non solum clariorem, sed etiam firmiorem reddit, adeoque eandem egregie adjuvat atque corroborat: & apud Eundem (u), BÜCHERVM: wenn wir die Wirkung und Beweigung des heiligen Geistes in Reue und Leid und Angst über die Sünde, in Erkenntniß des Heyls, in ungezweifeltem Beyfall, kindlichem Vertrauen, Friede des Gewissens, Freude in dem H. Geist, ungefährter Liebe gegen GOTT, und den Menschen, einer festen Hoffnung des ewigen Lebens, und s. w. in uns finden, wie sie in Gottes Wort beschrieben werden, so ist dieses eine empfindliche Erfahrung, innerlich Zeugniß, und Versiegling des H. Geistes. Evidem simpliciter omne n. animi persuasionem & convictionem de veritatis revelatis h. l. practicis, ab experientia spirituali dependere obtendunt Fanatici & Pietistæ; sed falluntur, quia suffici-
entem ad sensum, fidemque procul hæsitatione convictivam te-
stimo-

(t) disp. de Tholog. experimen. pag. 34.

(u) disput. de gustu spirituali pag. 17.

stimonium SP. S. per scripturam excitat, & exitare prius debet, quam experientia accedit juxta : Petr. 1, 19, sicut convenienter eam in rem CHEMNITIVS (w) pronuntiat: *Fidem & ad sensum in Theologia NB non ordiri ab experientia, ut primum sentiamus presentiam SP. S., postea credamus, sed fides & ad sensum intuetur verbum, & illud adprehendit, etiam sensu internus repugnet.* Igitur experientia spirituali nonnisi incrementa certitudinis cognitionis nostrae de rebus spiritualibus, quænam & quales sint, à priori per demonstrationem verbi divinitus efficit, majoremque fidei & ad sensum copiam tribuimus, quæ vero interdum plane necessaria, saltem ut lissima judicanda est. *Neque enim, inquit WERNSDORF. (x), eo inficias, eorū bunt anum, et si fide satis firmum esse possit ac debeat, tamen pro imbecillitate sua sensum requirere, eventuque eoruū qua credit, nimium quantum stabilitati.*

POSITIO III.

Quæ vero ad interpretationem scripture nihil plane confert.

§. II. Interpretamur scriptum aliquod, cuius sensum eruimus, & actus, quo sensum eruimus, interpretatio dicitur. *Sensus posita*
tio.
Est igitur interpretatio scripture actus intellectus, quo sensum scripture eruimus. Sensum scripture intelligo non grammaticum & externum, quem habet à forma sua externa, à forma interna abstracta, sed internum, spiritualem & divinum, tanquam formam ejus internam, eumque h. l. non in omnibus scripture locis, sed pro substrata materia præcise in illis, ubi veritates prædictæ, i. e. spiritualem hominis mutationem concernentes, docentur. Confert aliquid ad interpretationem scripture, quicquid qualicunque ratione in eam influit, sic quidem, ut absque illo hæc concipi nequeat, sed per illud determinetur. Quando jam adstruxi, ad interpretationem scripture
I 3 expē.

(w) de controversiis quibusdam p. 44.

(x) disp. de gusto spirituali. p. 41.

experientiam spiritualem nihil plane conferre, mens hoc credit: Experientia spiritualis nullatenus influit in interpretationem scripturae sacrae, i. e. minime facit, ut sensus scripturae internus, spiritualis & divinus, h. e. conceptus intellectus divini de rebus in scriptura propositis, h. i. practicis, eruatur, neque propter illam, neque ex illa, neque per illam. De singulis seorsim dicam, eo, quod tres dantur adversariorum classes, si non in rei summa, diverso tamen loquendi modo inter se in vicem discerpantium.

*Experientia
spiritualis
non est ordo,
propter quem
s. in quo;*

¶. 12. Non ergo I. propter experientiam spiritualem interpretationem scripturae, doctrinas practicas praeipientis, procedit, s. falsum est, subiectum interpretationis scripturae, quoad doctrinas in illa contentas practicas, esse nonnisi hominem *ratio nocepsina* expertum, s. in ordine experientiae spiritualis constitutum. Revoco thesin hanc ad decantatissimam illam de illuminatione irregenitorum controversiam, cum Fanaticis & Pietistis modernis ingenti animorum contentione agitatam. Quemadmodum enim hi generatim contendunt, nullum omnino sensum scripturae, qualens antea descripsi, in hominem irgenitum atque impium cadere, ita non possint non speciatim circa veritates practicas viam hanc ingredi, & scriptura sensum impiis, i. e. non expertis abjudicare. Quantum ad prius, vid DIPPELVM (y) fibrigens, inquietem, ist es ja bey allen reinen Theologen eine ausgemachte Wahrheit, daß die 3 Schrifft von einem unwiedergebohrnen nicht könne also verstanden werden, daß derselbe sich unterstehen wollte, einen tüchtigen Ausleger abzugeben: aber diesem allen ungeachtet hat die reine Orthodoxie der fleischlichen Theologen nicht nur das Gegenheil behauptet &c. Consentit RAMBACH. (z): *ut uno multa complectamus titulo, solida requiritur sine fuso pietas, ani-* *mus que*

(y) in oreod. orthod. C. I. p. 10.

(z) diff. de idoneo sacrar. literar. interprete §. 29, p. 62.

musque vivo rerum divinarum sensu imbutus, ac DEO junctus,
 quem qui ex interprete sacro susculetur, idem facit, ac si quis
 ex orbe solem, ex oculo pupillam, vitam e corpore proscribat.
 Nec aliter statuit LYSIVS (aa): necessum est, ut homo per ver-
 bum vivificetur & regenerationis gratiam experiat, postmodum
 in dies magis magisque crescat, corroboretur, quotidiana adfis-
 tis divina gratia, & lucta contra peccata & mundum captat ex-
 perientia in victoria contra hostes: atque sic sensus acquirat ex-
 ercitatos ad discrimen boni & mali: hoc ni fecerit, spiritu torporis
 obtuso omnia Prophetarum scripta erunt in istar libri clausi Esa 26,
 10. Conf. D. IOACH. LANGIVM. (bb), & D. IO. MICH.
 LANGIVM. (cc). Quantum ad posterius, evolvi potest IO.
 MICH. LANGIVS (dd) scribens: mali propterea, quod ma-
 lisunt, diviniora spiritus in penitentiae, regenerationis, renovationis
 &c negotio plane non intelligunt, multo minus realiter & pratti-
 ce docere valent. Ad stipulatum ZIEROLDVS (ee): error est,
 quod experientia sit comprincipium s. scriptura, nam qui experitur
 id, quod in s. scriptura scriptum est, ille non sapit super id, quod
 scriptum est; qui autem illud non experitur, is despici. Praeterrim
 D. D. LANGIVS hue advoeandus est (ff): Die geistliche
 Erfahrung nebst dem hieher gehörigen geistlichen
 Gefühle und Geschmacke ist nicht die Regel, nach
 welcher die heilige Schrift zu erklären, sondern nur
 die Ordnung, in welcher sie in den praktischen Sachen
 richtig erkannt, und erklärt wird, also dass die h.
 Schrift in ihrem rechtmässigen Gebrauch eine Regel
 und Prüfstein aller unserer Erfahrung bleibt: Sed
 quale:

[aa] synops. controvers. p. 193.

[bb] Antiharb. Tom. I. sect. i. dogm. Prop. IV, p. 33 sqq., &
 in der Mittel-Strasse P. II. sect. I tot.

(cc) disp. de illuminatione fiducium, septen. dispp. positivo-polemico:
 disp. 2.

(dd) l. c. disp. 4. de orthodoxyo.

(ee) syn. verit. p. 128

(ff) in der Mittel-Strasse P. II. c. i. adpend. p. 631. ver erste Satz.

quale est principium, tale est principiatum. Ex falsis præmissis falsa non potest non sequi conclusio. Ad sequi possunt quod ad non resistunt, irregeniti atque impii verbum DEI meditantes per gratiam SP. S. adhæsentem & illuminantem totius scripturæ verum ac genuinum sensum spiritualem, internum: E. & hujus scripturæ partis, quæ doctrinas practicas exhibet, quia à toto ad singulas totius partes valet consequentia. Nolo circa integrum hanc materiam jam hærente, tanquam ab instituto longius recedente, sed uno generali syllogismo omnia complectar. Si irregeniti de rebus in scriptura propositis æque accurate commentari, eodemque plane modo, ac regeniti, verborum & phrasium totius scripturæ, qua talis, significatum declarare possunt, sequitur, quod genuinum locorum scripturæ sensum spiritualem, & internum eruere queant, & erutum habeant. Atqui verum est prius; E. & posterius. Antecedens probatur per experientiam, quam nec ipsi adversarii negant. Quis enim adsererer, Commentatores quoslibet, qui integros scripturæ libros interpretatione docta & accurata, quæ interpretationi eorum, quos regenitos fuisse judicio humano constat, doctrina & accuratione nil cedit, quin interdum multum antecellit persecuti sunt, regenitos fuisse, & veritates celestes practicas expertos esse? Vertitur igitur controversiae cardo in consequentia, quam adversarii oppugnant, sed frustra. Nam ubi verus verborum & phrasium scriptura (ut talium) significatus eruitur, ibi verus ac genuinus scripturæ sensus internus eruintr; est is conceptus intellectus divini de rebus in scriptura propositis, quem DEVS per verba & phrases scripturæ expressisse, cumque his combinasse sapienter putandus est. Jam si datus sensus scripture internus, datur quoque sensus scripture spiritualis in subiecto, quod sensum habet, ratione causa & virtutis spiritualis. Quis enim nisi Pelagianorum quispiam sensum scripturæ internum i. e. conceptum intellectus divini naturalibus intellectus viribus, ceu philosophema aliquod, tribuere, & sensu divino divinam, i. e. spiritualem, virtutem adimere poterit, naturalem ei, ut tali, substituendo

tuendo, salvo divinitatis honore? Assequuntur igitur irregen-
 niti generatim sensum scripturæ verum ac genuinum internum
 spiritualemque, adeoque scripturas rite interpretantur. Nec
 obstar, quod adversarii specialiter circa scriptura loca, de re-
 bus præticis agentia, objiciant, scripturam hanc ab irregenit
 s in expertis literaliter quidem, sed non spiritualiter, & quoad
 sensum ejus internum exponi posse, interserentes: **I**) quæcum-
 que res ad facultates plures coniunctim adficendas ordinatae
 sunt, illæ una facultate vere & solide percipi non possunt. At-
 qui res spirituales (præticæ) ad intellectum & voluntatem con-
 junctim adficendam ordinatae sunt; E. solo intellectu vere &
 solide percipi non possunt. E. requiritur, ut ad sit prius in
 perceptu adfectio pia, s emendatio voluntatis, s experientia
 spiritualis. E. sine experientia spirituali, tanquam statu inter-
 pretis necessario, s requisito essentiali interpretantis verba
 scriptura de rebus practicis, quas interpretans experiendo non
 percepit, nullam fieri posse interpretationem. Major proba-
 tur, quia e. g. pomum, quod sub visum, tactum & gustum ca-
 dit, solo visu & auditu, vel tactu non ita vere & solide cognoscitur,
 quam si gustetur. Sed respondeo cum b JANO (gg),
(α) si vere & solide percipere idem sit, ac complete percipere,
 s frui rebus spiritualibus, conceditur totum argumentum sal-
 va thesi; sin **το** vere percipere proprie accipiatur, prout actum
 facultatis cognoscentis, eumque objecto conformem significat,
 propositio falsissima est, nam ut exemplum allactum retineam,
 quis tam stultus est, ut cognitionem visus, qua quis pomum
 rotundum & album, ut rotundum & album animo concipit,
 falsam esse dicat, vel veram esse neget, propterea quia nondum
 accessit gustus, s fruitio pomi? **(β)** in adiunctione error occul-
 tatur, dum res spirituales ad voluntatem & intellectum *con-*
junctim h. e. *simil* adficendam ordinatae dicuntur. Sicut enim
 pomum prius visu, tactu, olfactu cognoscitur, quam comeditur,
 ita etiam notitia vera rerum spiritualium practicarum tem-

pore & natura receptionem & fruitionem earum antecedit. E. etiam ante fruitionem s. experientiam spiritualem verborum scripture de iis interpretatio datur. 2) si nulla est scientia rerum practicarum sine experientia, sequitur, nec inexpertos res spirituales in scripturis contentas posse declarare, & verum scripturæ sensum quoad has eruere. Atqui verum est prius; E. & posterius. At falsum est prius, quin absurdum. Quis v.g. dixerit, Ictum vere non nosse, quid si condemnatio furis ad patibulum, quia ipse ante ita condemnatus, vel suspensus non fuit? Medicum vere nescire podagram, arthritidem, febrém malignantem, quia ipse his morborum generibus non laboravit? Philosophum vere nescire virtutia moralia omnia, quæ expertus non sit? Conf. RVMPÆVM (hh): quare falsum etiam posterius. Excipitur, cœcum de coloribus judicare non posse, E. nec inexpertum de rebus spiritualibus practicis. Sed respondetur, colores quidem & res spirituales practicæ in eo conveniunt, quod utræque sensum & experientiam admittant, quædam tamen rationis disparitas hic obtinet. Illi sine sensu & experientia intelligi prossus nequeunt, hæ vero ad sensum & experientiam indifferenter se habent, & vel ab expertis, vel non expertis æque commode dijudicantur. Distinguendum enim esse arbitror inter res ad unicum tantum sensum adstrictas, nec tale quid in se continentes, quod per analogiam vel convenientiam cum alia quadam experientia possit explicari, & inter res ita comparatas, ut vel pars quædam earum per experientiam satis jam constiter, cui tota res, ejusdem sensus objectum, salvis reliquis circumstantiis, respondeat, vel ipsa res per analogiam alterius experientiae repræsentatu facilis sit. Prioris generis res colores nuncupavero, qui neutiquam prater sensum & experientiam sunt cognoscibiles, quamvis & hic mirabilia experientia nobis ostendat, quorum rationes nobis satis perspectæ non sunt. Sed his dum immorari nequeo, item non

(hh) introd. in Theol. rec. controv. p. 214. sq.

non facio meam, quam Theologus Halensis (ii), & cum ea
LYSIVS (kk) D. SCHELGVIGIO movent, (ll) in homine à
 nativitate cœco conceptum de coloribus ex auditu, & judicium
 intellectus æque verum, ac in homine visu prædicto locum ha-
 bere posse adstruent. Posterioris generis dixerunt veritates
 spirituales practicas, quas sine sensu & experientia irregeniti
 etiam intelligunt, quia nimur v. g. quoad gaudium in DEO,
 & super DEVMO, partialem quandam ideam ope experientiae
 vulgaris jam sunt indepi, i. e. ideam gaudii, cui consideratis,
 collatis, debiteque estimatis reliquis circumstantiis ideam te-
 talem, ejusdem ac ideam partialem sensus objectum, conveni-
 enter facile repreßentando adaptant, vel v. g. quoad pacem
 spiritualem, in tranquillitate & securitate animæ à morsibus
 conscientiae maxime consistentem, per analogiam ab inquietu-
 dine animi propter hos morsus desumptam notio s. idea haud
 difficulter formatur.¹² Omitto, vi imaginationis præterita ex-
 perientiam ab homine nunc irregenito, quondam vero regeni-
 to & experto, repeti posse, qua vicem præsentis sustineat. Ex
 quo καὶ αὐτῶν disputando evinci potest, ipsum irregen-
 titum & inexpertum idoneum juxta mentem aduersariorum esse
 sacrarum literarum in doctrinis practicis interpretem.

S. 13. II. Nec magis *ex experientia spirituali interpre-*
tatio scripture fieri debet, i. e. falsum est experientiam spi-
 ritualem esse principium interpretationis scripture quoad
 doctrinas ejus practicas. Principium interpretationis
 scripture desinente **ZUR LINDEN**, Viro clar.
 (mm) dicimus, ex quo ratio interpretationis scripture
 concipitur. Per rationem intelligimus id, cur alterum sit;
 E. ex principio interpretationis scripture illigitur, cur hæc

*Non est prin-
 cipium, ex
 quo,*

K 2

inter-

(ii) *Antib. Tom. I. scđ. I. dogm. prop. 9. p. 136. sq.*

(kk) *Synops. controversi. artic. 4. de Entibus aſſimo p. 144. sqq.*

(ll) *Syn. controv. p. 55. or. X.*

(mm) *Vat. meditator. hermen. C. III. Sect. I. p. 260.*

interpretatio scripturæ sit, vel cur potius sit quam non sit. Speciatim principium illud dicitur adæquatum, cum ratio interpretationis ex illo concipitur quoad interpretanda omnia, unicum autem vocatur, cum non opus est, ut aliud ei adjungatur. Jam principium interpretationis scripturæ ipsam scripturam constitutum 1) ex communi omnis interpretationis natura. In quibuscunque enim scriptis interpretandis ratio interpretationis, quæ sensu, & intentioni Autorum congruere dici potest, ab ipsis autoribus peri deber, non à causis forinsecus aderit. Alias sensus innatus non efferrur, sed alienus infertur, de cuius veritate s. convenientia cum autoris sententia neutriquam persuasi esse possumus 2) ex testimonio scripturæ 2 Petr. 1, 20, 21, ubi scriptura v. 20 Ιδίας επιλυτεως esse negatur, ratione v. 21. addita, quia non est profecta ab humano arbitrio sed ab SP. S. inspiratione. Ex quo patet, perperam eidem adjungi vel substitui non solum à Pontifice, recenter SIMONIO & RENATO MASSVETO, Pontificem Romanum, s. matrem ecclesiam, traditiones: à Socinianis, Arminianis, reliquisque Rationalistis, e. g. auctore exertitationis paradoxæ, sub tit: *Philosophia scriptura interpres*, à LUDOVICO MEIERO Amstelod. 1667 editæ, 1669. recusæ, rationem; sed etiam ab Enthusiasticis, Fanaticis, (nn) atque Quakeris experientiam, quam jaeci

(nn) v. g. 1) à POIRETO, conf. dicta à I. TH. C. Philos. Wolf. consensu cum Theologia L. I. Psychol. p. 122. sq. & b. GRAPIO Theol. rec. controv. p. 44 seqq; 2) apud WERNSDORF. Diss. de gustu spirit. th. II. p. 22 à famoso illo sanctulo im Fürbild der heilsamen Worte p. 22, cuius verba ex CRVSI Arnoldischer Gedächtnis Rede p. 35 hac WERNSDORF. recitat: wie siehest lernst und erlangest du denn diese im Buchstaben (scriptura) vergrabene Wahrheit, und Weisheit Gottes? Antwort: wenn das lebendige Wort Gottes, der Dolmetscher Sinnes und Willens J. Christi mir die Göttlichen Wahrheiten (sine verbo) eröffnet, und die vorige Blindheit und gefassten Meynungen, und NB. aus dem Buchstaben gesammelte falsche Ideen vertreibt, oder wenn er durch seinen Geist und Kraft nur das

jaestant, spiritualem, vel à revelationibus immediatis, vel lumine interno profectam. absolutum interpretationis scripturæ principium eam dicentibus, ita ut nullus quidem alicubi scripturæ verus sensus erui possit, nisi experientia spiritualis beneficio. Porro scripturam interpretationis sui ipsius principium adæquatum constitutimus. Quodsi enim in quibusdam scripturæ locis ex se ipla scriptura explicari deberet, in his saltem, quæ aliunde explicari debere supponuntur ea *ιδεις επιλυομέναι* foret, nec de genuina SP. S. ut principalis autoris, mente firmiter nobis constaret. Ubi vero est adæquatum interpretationis principium, unicum simul est, quod comprincipio non indigeret, sine sufficiente, quæ deficit, ratione huic non adjungendo. His igitur adduictis videat clar. ZUR LINDEN, quomodo veritati prospexit iverit, duo aliena interpretationis scripturæ principia subministrans, rationem à SP. S. illustratam, & experientiam spiritualem, sano licet sensu acceptam (oo). Urget quidem, principium in ipso interprete esse debere, quia ab interprete fieri debeat interpretatio (pp); sed hæc ejus ratio nil aliud efficit, quam quod, in interprete debeat esse principium cognoscens, s. adprehendens & applicans principium cognoscendi. Ut taceam, rationem s. intellectum illuminatum, quandoquidem successive demum perficitur, & multis adhuc laborat imperfectionibus & vitiis, nec veritatem, nec certitudinem, quæ in principio requiritur, nobis spondere posse. Sed *Vel comprin-
cipium ex
quo;* transeo ad eos, qui in locis scripturæ, ubi practica occurunt, experientiam spiritualem tanquam comprincipium interpre-

K 3

tandi

das, was in der Schrift (in verbo, sed non per verbum) von göttlichen Wahrheiten enthalten, lebendig erwecket, und thätig adaptiret, also das ich dieselbe Wahrheiten an mir, und in mir selbst fühle empfinde und erfahre, eben wie also David sagt Psalm 34, und solcher gestalt wub NB. mein Gefühl, Empfinden und Erfahrung ein lebendiger Commentarius der Heiligen Schrift, und die Schrift ein äußerlich Zeugniß meiner Erfahrung.

(oo) l. c. p. 271. §. 652.

(pp) p. 260. §. 627.

taudi scripturam laudant, ita, ut ab illa, vel seorsim spectata, vel cum scriptura sacra conjuncta, ratio interpretationis vera dependeat. Objicitur nempe, experientiam spiritualem æque, ac scripturam s., certam esse, quoniam ab eodem autore SP. S. proficiscatur, unde de veritate eruti sensus dubium oriri non possit; at respondeo: etiamsi experientia spiritualis cundem habeat in justificatis, quem scriptura sacra, autorem, tamen non æque certam ac infallibilem esse, quia, semper aliquid adhuc carnalium motuum regenitis adhaeret, à motibus SP. S., his in eodem subjecto intermixtum, difficulter sejungendum, immo phantasiam subl. specie experientiae spiritualis sèpius ludere & deludere. Quapropter ex experientia, seorsim spectata, ratio interpretationis scripturæ de rebus practicis concipi nequit: neque vero ex illa, cum scriptura conjuncta, quoniam nulla sufficiens ratio id exigit, qua sine comprincipio opus non est.

*Non est me-
dium, per
quod inter-
pretatio scri-
pturæ fit,*

S. 14. Denique nec III. per experientiam spiritualem interpretatione quoad doctrinas practicas procedit, i. e. falsum est, experientiam spiritualem esse medium locorum scripturæ de rebus practicis hermenevticum. Media verum scripturæ sacræ sensum eruendi dicuntur hermenevtica; & hæc sunt vel interna, vel externa. Illa dicuntur, quibus ut norma scilicet in vero sensu investigando opus est, haec, quibus non ut norma, sed ut adminiculis docente doct. CARPOVIO (qq), & declaraante (rr). Mediis internis, inter quæ analogia fidei caput obtinet juxta Rom 12, 6. experientiam spiritualem accenserii non debere probo, quia 1) ob profundissimam naturæ nostræ depravationem & quas dixi, phantasie corruptelas incerta & fallax est, 2) ipsa ad scripturam cœu lydium lapidem, ubi genuina dici vult, examinanda & normanda Esa. 8, 20, Gal. 6, 16, Phil. 3, 16. Optime b. WERNSDORFIVS (ss) scribit; *omnis vera atque spiritualis experientia ratione noti-*

(qq) *Theol. xv. vel. præliminar. c. 2, §. 300.*

(rr) §§. 15 ffqq.

(ss) *diff. de Theol. experiment. p. 80.*

ria, determinata infallibilitate certa, unice in scripturam sacram resolvitur, unde ipsa recognitio, solidumque examen, tum ipsius experientiae, verane sit an falsa, tum rerum, circa quas experientia versatur, deponi potest ac debet; quo pacto fieri nequit, ut normatum scripturae ipsa simus hujus norma evadat, quod tamen sit, dum scriptura sacra ad normam experientiae spiritualis interpretanda esse dicitur. Utrum vero experientia medium interpretationis externum f. adminiculum interpretandi scripturas in doctrinis practicis jure habeatur, disputandum adhuc est. Sensus questionis est: utrum per experientiam spiritualem rerum practicarum notiones suppeditentur, quas verbis scriptura de iis agentibus juxta mentem SP. S. jungere debeamus, ut finem interpretationis, s. verum sensum, consequamur. Adformat id Dominus REVSS, Prof. Theol. Havnensis (tt). Durioribus prætermissis hæc ejus verba dabo (uu): *suppeditare experientia potest, si ipsa sincera est, & ex SP. S. pendens, genuinas rerum spiritualium ideas, sed utr ea quam maxime reales & genuinae sint, non tamen inferri in scripturam debent, & locis specialibus ulla ratione obrudi . . . idea per experientiam legitime acquisita, id modo juris fibi recte vendicat, ut in numerum sensuum possibilium referatur, sed ex regulis hermeneuticis dein judicandum est, an sit determinatus, genuinus, hujus præcisæ loci, à SP. S. intentus sensus . . . Sic igitur experientia ne quidem principium interpretationis est & sensum enim per se determinandi jus non habet: sed si medium intelligendi scripturas, cuius usus mere ministerialis est: exhibet sensus, & facit, ut sensus possibiles in promtu sint, sed quicquid suppeditat, id regulis hermeneuticis subjicit examinandum & rite adPLICANDUM. Videtur cl. Autor nil aliud adserere, quam quod notiones s. ideas rerum spiritualium ex experientia desumere non simpli- citer quidem verbis scripturae jungenda sint, quasi experientia fit*

(tt) *diff. de usu experientia spiritualis in scripturarum interpretatione Havn. 1732, cuius Synopsis dederunt Aut. der anserlesenen Materien zum Bau des Heilg. Öfftes 14 Beiträg p. 674. sqq.*
Und ex p. diff. 46.

sit medium normativum notionum sub verbis scripturæ latet-tium, sed potius secundum regulas hermenevticas judicari debet, utrum notio per experientiam adquisita huic præcise textui sacro respondeat, nec ne? At concedit tamen, & integra disler-tatio eo comparata est, ut ostendat, experientiam, si genuina est, suppeditare notiones verbis scripturæ jungendas, secundum re-gulas quidem hermenevticas his vel illis scripturæ locis adplica-tas, at ex experientia ante haurientas, priusquam adplicari que-ant. Eandem ferme sententiam memini sedere viro cuidam illustri, qui terminis rerum practicarum in scriptura non alias notiones jungendas esse præcipit, nisi quas interpres in ipso pra-xeos situ positus in se ipso intuetur, ubi ad semet ipsum atten-dit. Verum nec hoc medio interpretandi scripturam *opus esse*, nec *debere* notiones ex experientia desumi, Theologi probant quoad prius, quia $\alpha)$ scriptura sacra terminis rerum practicarum terminorum explicationem vel statim subjungit, vel saltem alibi, & per parallelissimum realem plenam & accuratam eorum noti-onem subministrat. Subdole hinc EHRENPFORT (ww) qua-rit: *wie steht es in dir lieber Christ um den Göttlichen Seelen Frieden? Weistu auch aus lebendiger Erfah-reung, was derselbe sey?* (β) quia, si experientia spiritualis examini regularum hermenevticarum subjici debet, quod o-mnino justum est nisi nudam cognitionem sensationum sua-rum præcipiti saltu pro notionibus rerum scripturæ practicarum venditare quis velit, ipsæ jam notiones rerum practicarum, ex scriptura collectæ plena & adæquatæ supponuntur: quoad p-sterius quia $\alpha)$ quounque medio opus non est, illud in interpre-tanda scriptura sacra interpres debet usurpare, $\beta)$ multum perfectioni scripturæ derogaret in pervestigandis terminorum notionibus hoc medio uti velle. Quis hinc enim non con-cluderet: scripturam sacram in objectis doctrinæ sua principia-lioribus sufficienti terminorum explicatione se ipsam destituere.

Obj.

(WW) in der Predigt von der heilige Taufe p. 54.

Obj. notiones s. ideas rerum praetiarum ab interprete inexperio ex experientia non defuntas esse analogicas, quas Dominus REVSS (xx) eas vocat, quae sine speciali ac propria ipsarum rerum perceptione, intuitu & sensu obtinentur, perceptionem quandam aliam, utsunque similem & agnatam, atque ad rem non presentem & in se non perceptam translatam & applicatam supponentes. Resp. ideæ s. notiones analogicæ, juxta ipsum dictæ, sunt notiones verae & propriæ, quales sunt universalium quorumlibet. Immediata namque rerum perceptio, intuitus & sensus, licet cognitionem reddat vividiorem, non tamen uberiorem, distinctiorem & pleniorum in se efficit, unde nil quicquam, quod errorem confirmare possit, hoc ratiocinio consequitur CI, REVSS.

POSITIO IV.

Quapropter experientia spiritualis etiam ad cognoscendam Theologiam nullatenus requiritur.

§. 15. Quicquid rationem continet, unde veritates Theologicae cognoscendæ sunt, id dicitur principium cognoscendi Theologiam, & speciatim id dicitur adæquatum, si omnium cognoscendarum rationem contineat, unicum vero, si nullum aliud ei sit adjungendum. Principium cognoscendi Theologiam esse scripturam sacram præter apertos revelationis hostes, quales sunt, præter Infideles, Naturalista, Enthusiastæ atque Fanatici, nemo inficiabitur. Esse autem eandem adæquatum Theologiam cognoscendi principium inde constat, quoniam omnia ad salutem credenda, & agenda homini præscribitur *juxta 2 Tim. 3, 15, 16, 17.* Quicquid vero principium est adæquatum, unicum etiam est. Quare nec Theologia revelata propter commemoratam scripturæ adæquationem ullo alio principio cognoscendi egerit, vel ei aliud est adjungendum (ad jungeretur

*Non est princi-
cipium co-
gnoscendi
Theologiam.*

L

enim

(xx) l.c. p. 13.

enim sine ratione). Non ergo dantur comprincipia cognoscendi Theologiam, s. talia principia, ex quibus quaedam doctrinæ, i. e. h. l. practicæ, deriventur, t. talia, ex quibus una cum scriptura ratio cognoscendarum veritatum Theologicarum dependeat. Nullo itaque jure experientia spiritualis comprincipium Theologiae in doctrinis scilicet practicis vocari potest. Neque nos movet, ut aliter sentiamus, auctoritas Cancellariae Tübingensis, D. CHRIST. MATTH. PFAFFII, qui (yy) magna confidentia & jactantia quævis alia expromit, *nec eff*, inquiens, *quod ulteriore jam demonstrationem* \mathcal{O} *anodei*^w *beic desideres, qui sapis.* Principia enim prima profecto novis rationib[us] haud demonstrantur, quoniam alias processus in infinitum daretur. Atqui vero in Theologia ascetica, b. e. in interioris christianismi campo, principium hoc ex primis quoddam est, quod fontem veritatis omnis, ex divino lumine vitaque spirituali deductum, \mathcal{O} tum illud, quam hanc non nisi sensu nobis patere. Suaque propria luce radiare \mathcal{O} demonstrari dictitat apud WERNSDORFIVM (zz), ubi p. 33. hæc itidem ejus verba ex l. c. §o. statim Imo p. 327. legere sunt: *id ante omnia præmonendum duocimus, nos ex proprio cordis fundo pro eo, quo celestis Pater nos beat, spiritualium rerum sensu, solisque divinarum scripturarum thesauris, beic in rem nostram adaptatis ea, que dicturi sumus, deponituros eff.* Mihi licet suppositis antecedentibus, rationes ita ulterius subducere: Scriptura sacra est principium cognoscendi Theologiam adæquatam & unicum. In interpretanda scriptura sacra, l. vero ejus sensu erundo experientia spirituali haud indigemus, neque ut ordine, neque ut medio, quo interpretatio scripturæ, s. eruditio veri scripturæ sensus ab interprete perficiatur; Veritates Theologicae sunt ipse scripturæ sensus, ex scriptura deponitus, & forma doctrinalis Theologiae systematica indu-

tus.

(yy) Disp. de gustu spirituali instituti. Theol. Dogm. \mathcal{O} Mer. ipsius annexa §. 7. p. 824.

(zz) Disp. de gustu spirituali p. 20. sqq.

tus. Quodsi igitur, uti in præcedentibus probatum dedi, experientia spiritualis non constituit ordinem, in quo interpretans scripturam versetur, neque medium interpretandi scripturam, s. verum ejus sensum eruendi, s. internum s. externum, nec constituet ordinem, in quo cognoscens Theologiam versetur, neque medium cognoscendi Theologiam erit. Relinquitur igitur experientiam spiritualem ad cognitionem Theologicam nullo nomine requiri.

*negrodo co-
gnit. Theol.
acquirenda,
neque medi-
um cogno-
scendi.*

§. 16 Cum igitur tuto supponam, quod haec tenus evici, experientiam spiritualem ad interpretationem scripturæ, & acquisitionem cognitionis Theologicæ in se prorsus nihil conferre, clarum inde fit, προσεγγύεια dicti nostri Dominum LAV committere fallaciam cause non cause. Quodsi enim argumentatur: renovemini mente vestra, E. habeatis experientiam spiritualem, ut probetis. i. e. ut rite ex illa, tanquam compunctione interpretationis, scripturas interpretemini, interpretando agnoscentes, quæ sit voluntas DEI bona &c., sumit, quod nunquam probare potest, erroneamque de experientia spirituali hypothēsin textui admiscet, cui tamen, quæ haec tenus in medium producta sunt aperte repugnant. Finio, DEO QVE O. M. gratias persolutis demissis, tenuem hanc opellam lectoris exequitati modeste commendō.

*Ad applicatio-
dictorum.*

COROLLARIA.

I. Quicquid existens rationem existentia sua habet in attributis divinis, illud necessario existit. Opus igitur redēptionis existit necessario,

II. Impenitudo finalis (quatenus est impenitudo, adeoque peccatum in se, non quatenus finalis) pertinet ad objectum satisfactionis CHRISTI.

III. *Mη ενεγγυεῖσθαι* justificatur Rom. IV, 5. E. Bonna opera fidei justificant, qua tali, neque in actu, neque in statu justificationis præsentia sunt.

IV. Τιμοτυπωτις sanorum verborum deserunt, quotquot consummatam peccatorum agnitionem, & cordis de iis dolorem effectum esse fidei ex Evangelio somniant. Turpiter igitur se dat EHRENPFORT in der Predigt von der heiligen Tauffe p. 42 his & seqq. verbis: der Glaube vermehret aus dem Evangelio die recht gründliche Erkenntniß des großen Jammers, der in uns ist, und schlägt das Herz recht mürbe und weich in kindlicher Tiefe &c. &c.

V. Adulti regeniti per vires gratia regenerantis & renovantis à peccatis actualibus proæterticiis possunt quidem abstinere, sed vix contingit, ut à tempore regenerationis per totam vitam ad mortem usque regenitus aetatu abstineat, quoniam caro semper contra spiritum concupiscit, & homo per cognatam corruptionem, quæ in hac vita non prorsus extinguitur, non omni tempore æque vigilat, & resistit. Hinc regenitum inde à tempore baptismali talem, i. e. qui gratia baptismali nullo ætatis die à prima statim infantia per peccatum proæterticum non exciderit, ens rationis in his oris inauditum dixerim, nisi EHRENPFORTI c. p 45 & 46. fraudulenter scriberet; ich muß = anzeigen, wozu die heilige Tauffe = diejenigen verbinde, welche gegenwärtig noch würdiglich im Genuss der Tauff-Gnade stehen, es sey nur, daß sie solche niemahls ver-

verloren gehabt, welches was sehr rahres ist, oder daß sie selbige durch wahre Busse wiedergefunden haben. p. 53. sollte jemand gedenken, daß er seinen Tauff-Bund niemahls durch Sünden übertreten habe, so will ihm ja darum nicht so gleich und schlechterdings wiedersprechen; nur bitte ich, man prüfe &c. conf. p. 57.

VI. Omnis species mali vitanda est. E. cesserent orationes piorum in locis profanis publicis, ubi promiscua hominum congregatio fit, ne exemplo Pharisaorum hypocritarum προς το τελετην ορατे videantur. Dissentit SCHMIDT in der Predigt vom Gebet p. 16: so kann man ja nicht beweisen, daß Kinder Gottes etwa auf öffentliche Plätze hintreten, und sich vor den Leuten sehen lassen mit ihrem Beten, sie sind aber nicht verbunden, es deswegen einzustellen, wenn sie alleine, oder unter andern Kindern Gottes sind, und Freudigkeit dazu haben, wäre auch schon ein Unbekührter mit dabei, oder käme dazu, oder wollte es aus Neubegierde behorchen, und dergleichen.



PRÆ-

PRÆCELLENTI ATQUE PRÆCLARISSIMO
DN. MAG. LVGERO,

Fautori & Amico æstumatissimo,

Xaveriu[m] reg[is] urbis civi

TAcita semper perfundor voluptate , quoties Musarum filios , qui sacris operantur studiis, video in amena veritatis & pietatis haud infuscata semita ambulare , ac sanæ doctrinæ tenaces esse, hanc quoque genuina ornare morum integritate. Gliscit sane Fanaticisini virus, & vires acquirit eundo. Hinc si fabula novorum Erronum staret , mox Theologiam habemus, quovis multo recentiore , quæ sub specie pietatis ab illotis inculcatur Sanctulis. Quem enim, nisi omnium rerum hospitem & iigarum latet, infelici conatu incautis obtrudi signa de notitia irregenitorum, ex sacris quamlibet literis hausta , ut diabolica, imo à diabolo oriunda, de experientia spirituali, ut principio cognoscendi res sacras ac sensum scripturæ, de agone pénitentiae, de desperatione salutari, de perruptione, de fissione profunda (tieß graben), de fide operosa ratione justificationis, de Evangelio, ut concione contritionis, & gemina, sanctis pandectis, Libris Symbolicis, sanis ac extra heterodoxia suspicione positis Theologis plane ignota, qualia legere in primis sunt in celeb. Hamburgensem Chrylostomi, DN. NEVMEISTERI nupero scripto subrubro: *Pietismus à Magistratu Politico reprobatus & proscriptus.* Quamvis vero hi ipsi Sanctuli nūl nisi conversionem, pietatem, amorem, lenitatem crepent, video tamen, nullib[us] odio esse crudiora, quam apud illos, qui de sullare magis, quam de moderatione & amore loquuntur. Nullib[us] magis infernalit[er]a sunt odia, quia irreconciliabilia. Adeo jam hypocritis, pessis illa veræ pietatis, mundum NB. etiam qui pius videri vult, invaserit, utor memorabilibus verbis b. JÄGERI in Exam. Quietissimi pag. 32. Rēcte hinc facis, Præclarissime DN. MAGISTER! quod ab illa inauditarum opinacionum colluvie abhorreas, ac, quid distent æra lupilinis,

pinis, solide cognoscere studeas, insimul vero vitam Tuam juxta voluntatis divinæ amissim componens, non fictam & piastam, sed veram & sinearam præ Te feras probitatem. Sedisti haec tenus in nostro musarum emporio ad pedes Gamalielum Tuorum Auditor navus, attentus optimus, id'quod, cum aliis, egomet ipse prioritæ non possum non testari veritate. Neque tantum concatenata opera sacris nostris prælectionibus Biblicis, Dogmaticis, Moralibus, Symbolicis, aliis interfueristi, sed singula quoque in succum convertere & sanguinem habuisti in deliciis, quo factum est, ut, adstante divina spe, sanas ac salutares imbibaris doctrinas, & tantam indeptus sic sanctarum rerum scientiam, ut doctam quandam lucubrationem, quæ lucernam oler, omnium exposueris conspectui, eandem in publica panegyri à dubiis objectis vindicaturus. Quia etiam philosophicis oblectamentis animum Tuum exsatiare non destitisti, Magisterii gradu haud pridem ab Amplissimo Ordine Philosophico summa cum laude condecoratus es. Quare gratulor omnino Ecclesiæ nostræ orthodoxæ Cultorem sanæ Theologiæ, & vindicem peregregium. Gratulor Patriæ amantissimæ ornamentum insigne. Gratulor Parentibus honoratissimis, & præsertim Admodum Reverendo DN. Parenti, Fautori meo certissimo, Filium paternarum virtutum ex aste hæredem! Te autem, Præclarissime DN. MAGISTER! compello cum Gentium Doctore: Συ μενε, ει οις εμαθεσ! Quod ut fiat, supremum numen ex animo precor, cuius perenni benedictioni Te, Tuosque toto pestore commendo. Eggwro! Scrib. Rostochii Anno MDCCXXXVIII. Fefto Annunc.

HERM. CHRISTOPH. ENGELEKEN,
SS. Theol. Doct. Ejusque Prof. Publ. Ord.
Fætatis Theol. Senior.

PRÆCELLENTISSIMO AC PRÆCLARISSIMO
DN. M. LVGERO,
Fautori & Amico suo favissimo
S. & O.
FRANC. ALBERT. AEPINUS.

Non potest non omnibus rerum intelligentibus pergratum
esse, animique haud exiguum creare voluptatem, cum
M ex.

experiuntur, Parentum optime de Ecclesia meritorum filios ne-
quaquam degenerare, sed vestigiis eorum laudatissimis insi-
stere potius, atque virtutes feliciter imitari; gnaviter id agen-
tes, ut ab iis ipsis etiam Ecclesiae, sub cœlesti directione,
æqualia olim merita præstatum iri, qvilibet non sperare tan-
tum, sed indubitate confidere queant. Ideoqve Tibi, Amice
jucundissime! conjectu difficile non erit, qvid boni qviqve de TE
sentiant, qvalem de TE sibi spem conceperint, quanto in
pretio Doctores Te tui habeant, qvidqve facer ordo, qvin Ec-
clesia ipsa à Temet expectent, atqve sibi promittant. Haec
nus interius gavissum, qvotiescunqve Te salutiferam do-
ctrinam tam assiduitate, qvam attentione non defesta non ex-
cipientem solum, sed velut exhaerientem, dummodo exha-
riri possi, conspexi, certus, parem Te singulis studiorum tu-
orum Ducibus ac Curatoribus discendi cupiditatibus probasse.
Nunc autem eo magis later, qvod & publico specimine com-
parata diurna nocturnaque diligentia erudititionem tuam
& scientiam Theologicam omnibus demonstrare, sicqve, qvam
unusquisque defovet, spem & exspectationem solide confir-
mare, ac animis altius infigere paratus es. Quod propositum
ut cuncti collaudant, ita nec, qvem erga Te virtutes tuæ
meruere, affectus amoris meus permittit, ut sine gratulatio-
ne mea votoqve id fiat ac peragatur. Supremum igitur in
cœlis numen toto pectore veneror, ut illud cedere jubeat qvam
felicissime. Cvmqve mox abhinc discedens alias petiturus Academias
es, tam iter ductu divino prosperrimum, qvam conatibus
tuis largissimam desuper benedictionem votis calidissimis ad-
precor, quo redux aliquando factus Tuis, & cum primis Vener.
D.N. Parenti Tuo, quem DEVS in ecclesiæ pariter ac fa-
miliæ honoratissimæ bonum diutius salvum ac incolumen fer-
vare velit! multum gaudii crees, dotesqve tuas, dirigente coe-
lesti providentia, in Ecclesiæ commodum explicandi occasio-
nem nanciscare. Vale! scrib. inter occupationes distractiones,
Rostoch, d. 23 Mart. Anno R. S. MDCCXXXVIII.

Præ-

Præclarissimo atque Præcellentissimo
DN. M. THOMÆ CHRISTOPHORO LVGERO,
Dissertationis Avtori præstantissimo,
F. Q. A.
IO. CHRISTIAN. BVRGMANN.

Tam arduum & grave, tam amplum & impeditum est argu-
mentum, quod adgressus es, VIR PRÆCELLENS, ut
intra tempus adeo breve id exhaustiri à TE posse ferme despe-
raverim. Sed, auspice DEO, pertinaci labore difficultates
omnes superasti, interpres potissimos perlustrasti, sententi-
as diversas excusisti, cuncta digessisti, & sub examen tam
velociter & feliciter revocasti, ut quanta sit in TE ingenii vis,
eruditiois ubertas, nemo non perspiciat. Integra jam erat
confecta dissertatione, cum illam ad me deferres, sensus meos
exploratus. Per aliquot dies, cum res Tuæ moram haud
ferrent, illam perlustravi, atque sic, ut meis emendationi-
bus non indigeret, prescriptam facile deprehendi. Quanquam
enim nil sit tam exasciatum, quod curæ posteriores ulterius
perficere nequeant, dissertationem tamen Tuam TIBI, pro-
utá TE profecta est, relinquere malui, paucis adiutis. Gratul-
lor itaque TIBI præclarum hoc, & publicum diligentiaæ testi-
monium, quo Te annos Academicos recte collocasse, & su-
premos in Philosophia honores Tuo merito consecutum esse,
comprobas abunde. Possem Tuam adhuc industriam &
prontitudinem, quam in collegiis Philosophicis, & Theolo-
gicis, Disputatoriis & Examinatoriis expertus sum, dignis ex-
ornare encomiis: sed cum Tua virtus nemini sit obscura, ab his
mihi tempore, & in voto pio desino. Velit SVPREMVM NV-
MEN Plurimum Reverendiparentis Tui, Viri de Ecclesia Evan-
gelica longe meritissimi, cuius institutioni & moderationi post
DEVm plurima debes, spem & exspectationem abundantanter
implere, ac in TE nostris terris olim largiri Theologum exqui-
sita & intemerata doctrina maxime conspicuum. ALTISSIMVS
TE sanctificet in veritate, augeat animi corporisque robore, at-
que in gaudium PARENTVM, quos vita diuturna & prosperi-
tate exoptata cumulet, visis exteris, salvum & in columen ad
nos reducat! Vale VIR PRÆCELLENTISSIME, mihique fa-
ve. Scribebam d. 22 Mart. AO. ÆR. CHR. MDCCXXXVIII.

LVGERO SVO,

S. P. D.

JO. DAV. SPALDING, I.U.D.

Postquam Amplissimæ hujus Almæ Facultati Philosophicæ Philosophum Te probasti, eaque Te dignum judicavit, cui summijsin Philosophia honores conferrentur, placuit Tibi etiam publicum specimen edere non vulgaris doctrinæ Tuæ in Theologicis. Gratulor ergo Tibi de his studiorum primitiis. Ecclesiæ de defensore orthodoxæ, honoratissimo Domino Parenti de filio ad magno nato, Familia de ornamento. Comprobas, MILVGERE! ipso facto, qualis sis, & quid amplius de TE sperandum sit. Ubi autem rerum adsunt testimonia, non opus est verbis. Supervacaneum ergo foret, singulares animi ingeniique Tui dotes multis prædicare laudibus, id quod etiam non ferre posset modestia Tua, nec mihi, Job sanguinis vinculum, quo juncti sumus, liceret. Id potius mearum partium esse duco, ut spem de Te conceptam non modo implere, sed etiam superare Te exitem, DEVMQVE, qui fons omnis boni est, supplex rogitem, ut & in posterum gratiam suam in Te larga manu effundat, dotes, quibus Te ornavit, magis magisque adaugeat, & cum animus Tibi est, ad aliam migrandi Academiam comes Tibi sit indufus, Teque studiorum Tutorum telam felici successu pertexere, & omnia mala procul à Te esse jubeat, & postquam studiis Academicis finem imposuisti, amplexibus svavissimorum Parentum tuorum, meisque Te reddat salvum, sartum, tectum, incolumem. Datum Rostoch, d. 22 Mart, a. MDCCXXXVIII.

Ad Filium natu majorem Rostochii in Rom. XII, 2.

publice disputantem Paterna προσΦωνητις

M. JO. GEORGII LVGERI,
Past. Paroch. Güstrov.

Drum PAVLVM, venerabilem ministrum
Divini eloquii, doces loquentem

De

De recta *δοκιμασίᾳ*, SVPREMI
Quæ sit sancta, placens, bona & voluntas:
Tutam de pietate veritatem
Amplecti, atque DEVUM pie timere,
Et semper bene proximo favere,
Mores pestiferos at abdicare
Perversorum hominum, facis laborem
Pergratumque DEO, bonisque amatum.
Verbi(*) ΘΑΥΜΑΣΤΟΣ minister, atque
Constans χριστοφόρος, sacrique fontis
SCRUTATOR, (xx) quoque nominis, lavacrum
In sancto Tibi traditi, aque gente
Hausti, significationem adimple!

(*) Nominis tui baptismalis hanc tibi interpretationem ex animo
sincero in mellitissimis suis literis dedit VIR S. R. atque Excel-
lentissimus, Theo'logus ὁ Θεολόγος & videntissimus, Dominus
GEORG. NICOLAVS KOEHLER, Praeceptor olim meus in
Gymnasio Onoldino fidelissimus, nunc Vener. *Capituli Scobascen-
sis Decanus*, & Ecclesiæ Antistes ac Pastor Primarius, Pater in CHRI-
STO æternum suspiciendus, cuius canis, & toti splendidissimæ fa-
miliae KOEHLERIANÆ invidendam felicitatem quotidie ad-
frecor.

(xx) *Luger*, Francis Orientalibus juxta dialectum suam idem est
ac *Scrutator s. Indagator*. Nam *Lugen* illis est suchen, nachsuchen,
Nach forschen & plerumque tribuitur vigilibus in specula vel turri
constitutis, qui persicillis suis adventum vel hostis, vel alius
iter facientis ex lorant, & tubæ inflatae sono indicant. Ita &
rem amissam quæ situris vel difficile quid lustraturis Franci accla-
mant: *Lug w, i e siehe recht zu, sech es mit Fleiß, vel: Du
hast noch nicht recht zugekunget; lug recht; lug mechanahl zu.*

V I R O
PRAECELLENTISSIMO ATQVE PRAECLARISSIMO,
DOM. LVGERO,
HVMANARVM SCIENTIARVM MAGISTRO FVLGIDIS-
SIMO
FAVTORI SVO MVLTVM COLEND
P. Q. A. F.
M. IOACHIMVS HENRICVS BVRGMANN.

AVT apud nullum omnino , aut apud eum , qui sanctioribus se dicat studiis , valere debet egregium illud apud CICERONEM monitum : *Philosophandum est , sed paucis.* Scientia philosophiae futurum theologum carere non posse , apud recte sentientes est in confessio ; ast eum non tantum studii otioque scientiis humanis concedere debere , ut in sacris doctrinis , animo complectendis , rite proficere nequeat , iudem lubenter concedent , spero . non possum hinc non , prae-cellentissime DOM. MAGISTER , quin eam , quam TV ha-
stenus ingressus es , studendi viam summis maestem enco-misi . vacasti hic usque bonis artibus , atque ita quidem vacasti , ut summos in iis honores consequi iuxta atque ambire posses ; neque tamen , dum id fecisti , ita profanis studiis TE totum mancipasti , vt de sacris vel prorsus non cogitares , vel ea tractares negligentius , sed tanta potius etiam in iis excolendis versatus es industria , vt quotquot TE norunt , TVAM in rebus diuinis admirarentur intelligentiam , atqui non quispiam ementita hic suspicari potest elogia , cum ea TVA , quam eruditorum manus mox mox tenebunt , dissertatio exegeticatheologica , ipsa sua elaboratissima tractatione , haec omnia in TE conuenire probet firmissime . namque & ordinatus dicendorum ordo , & obscurorum quorumuis euolutio perspicua produnt philosophum exercitatum , & ipsum , quod ex-cutitur argumentum . theologum non minorem , gratulor itaque TIBI , VIR praecellentissime , de insigni hoc , tot curis totque vigilii parto , scientiarum thesauro ; gratulor venerando
TVO

TVO PARENTI, quem sine summa animi reuerentia nomine
nate possum nunquam, de filio, maxima cum laude pater-
na ad gloriam vestigia premente; gratulor denique primariae
familiae SPALDINGIANAE, ex qua per dulcissimam TVAM
GENITRICEM sanguinem trahis, de gentili, qui laudem
gentis spectatissimae in futuros quosuis annos proferre possit.
SVMMVM illud NVMEN, quod TVIS studiis haec tenus cle-
menter adfuit, supplex veneror, ut veritatis causa eandem
TIBI apud exterios seruet mentem, sic quæ TE iam expectant
praemia laborum, erunt amplissima, & purior DEI coetus,
quod his temporibus optandum est maxime, habebit in TE,
cui tuto se committere queat. quod vt nunquam precari de-
sistam; ita, vt, quem iam abiens ex oculis, non æque ex animo
dimittas, valde etiam atque etiam oro rogoque. vale. scrib.
d. XXIV. Mart. A. C. MDCCXXXVIII.

E Sophia pridem retulisti præmia castris,
Et merito cincta laurea virgo Caput.
Nunc quoque doctrinæ monstras insignia sanctæ;
Cum specimen profers, *Theologisque places*,
Indolis eximiæ præbes documenta, MAGISTER!
Dum jam præclare pulpita docta petis.
Gratulor ergo *Tibi*, devoto corde precatus,
Cuncta ut succedant prospera lata *Tibi*.
Te beet ex alto numen, misericorde secund & ;
Et felix, opto, sit *Tibi*, Fautor! iter.
Sors Tua decernet, semper quæ mente revolvam;
Sis memor assiduo, Frater amande! mei.
Hicce Præcellentiss. atque Doctissimo Dno MAG. LVGFRO,
Fautori atque Consobrino suo amantissimo, Respondenti, at-
que exactissimæ hujus Dissertationis Autori fausta qua que ex
æquo & bono apprecans, neque minus duraturæ amicitæ
monumentum relinquens animitus applaudit.

Io. Ioach. Tarnow. Restoch.
S. S. Theol. & Phil. Stud. Opponens.

Wer

Herr, Liebster Bruder! DIE GOTT. und deinet Gabett kennt,
Wer deinen Fleiß betracht, wer Dein Bestreben sieht:
Dem kanns kein Wunder seyn, da DIE GOTT. so bemühet,
Dass man mit gutem Recht DIE GOTT. heut vortrefflich nennt.
Dein Mund, dem nichts fehlt, kämpft schnell und ungemein,
Kein ausgesonner Griff macht ihn bestürzt noch irre.
Er aber macht den Feind, der ihn versuchtet, firre;
Dein soll der Sieg und Ruhm, ich dessen Zeuge seyn.
Drum reich ich DIE MARIA mit Lust verdiente Palmen hin,
Sei wie in deinem Streit, so auf der Reise glücklich,
Denck so wie ich an DIE GOTT, an mich auch augenblicklich,
Und bleibe mir getreu. Das heist bey einem Sinn.

Io. Ludwig Knöchel, *Gäbros.*
Th. & Phil. Stud. Opponens.



01 A 6587

Jlh. 58.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

WEG

DISPVTATIO EXEGETICO-THEOLOGICA

DE CONFORMATI^ENCE
CVM MVNDO VITANDA, ET
TRANSFORMATIONE AD-
MITTENDA AD PROBATIO
NEM SPIRITVALEM

EX ROM. XII. 2.

QVAM

ANNVENTE DIVINO SPIRITU,
ET

SVMMV VENERABILI THEOLOGOR. ORDINE CONSENTIENTE,

PRÆSIDE

DOM. IOANNE CHRISTIANO
BVRGMANNO,

PHIL. ET THEOL. DOCT. HVISQVE PROF.
P. O. FACVLTATIS THEOLOG. H. DÉCANO

ET AD ÆDEM SP. S. PASTORE,
IN ILLVSTRIS ACADEMIAE VARNIACE
AVDITORIO MAXIMO

ANNO MDCCXXXVIII. d. 28 Martii

horis confveris

ad publicum examen defert

AVTOR & RESPONDENS,

M. THOMAS CHRISTOPH. LVGER,

Güstrovio Megapolitanus.

ROSTOCHII,

Typis IOH. IACOBI ADLERİ, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

